This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

751u
H13

YB 00329


University of California
Lux ex Tenebris.
Elaus Spreckels Fund.
751 u
H13

QUAESTIONES
PLUTARCHEAE DUAE.

I. DE AUCTORE LIBRI, QUI INSCRIBITUR *ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΚΑΚΟΗΘΕΙΑΣ.*
II. DE PLUTARCHI FONTIBUS IN VITIS THEMISTOCLIS ET ARISTIDIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

SUMMORUM IN PHILOSOPHIA HONORUM

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

OBTINENDORUM CAUSA

SCRIPSIT

ALBINUS HAEBLER

GROSS-SCHOENAVIENSIS.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LIPSIAE

TYPIS ANDRAEI

MDCCCLXXIII.

SPRECKELS

PRAEMONENDA.

Cum abhinc amplius anno praeceptore quodam suasore et impulsore quaererem, quibus auctoribus Plutarchus in rebus Aristidis et Themistoclis enarrandis usus esset permagnam vitae utriusque partem ita prope ad Herodoti narrationem accedere intellexi, ut Plutarchus ipse ex Herodoti libris permulta sumpsisse videretur. Atqui libellus exstat, qui inscribitur *Περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας*; cuius auctorem Plutarchum fuisse alteri dicunt, alteri negant. Itaque nunc, priusquam ad vitas ipsas transgrediar, hanc quaestionem, quae est de huius libelli auctore, capite priore pro meis quantulaecunque sunt viribus ad finem quendam perducere studebo. Capite autem altero ea inprimis in quaestionem vocabo, quae Plutarchus in vitis de bellis Persicis tradidit; nam de reliquis earum partibus ad certum iudicium pervenire vix possumus.

110794

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

CAPUT I.

Iam antiquis temporibus Herodotus quamvis magna animi integritate imbutus haud paucos [1]) tamen laudis obtrectatores nactus est, inter quos propter studium accusandi atque acerbitatem conviciandi non ultimum locum tenet auctor libri, qui *Περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* inscribitur. Qui si ineptiis et stultitia ceteros superare sibi proposuisset, haud dubie propositum assecutus esset; nam omnes ad unum viri docti [2]), qui haud pauci criminum examinandorum operam susceperunt, omnia fere vana et irrita esse, frustra igitur libelli auctorem Herodoti criminationibus ingenii sui acumen (si dis placet) praestare studuisse ostenderunt. Quade causa non mirandum est, quod iam dudum viri docti illum

1) Nomino Ctesiam (Photius bibl. cod. LXII), Harpocrationem, Aelium sophistam (Etymol. M. s. v. *Λεοντοκόμος*, itemque Eustath. ad Hom. Il. *Λ* 480), Manethonem (Iosephus contra Apion. I, 3, 14), Polionem (Euseb. in praep. evangel. X, 467 D).

2) Ioachim. Camerarius (Prooem. in historias Herodoti in Iungermanni ed. Herod. p. 4—7), H. Stephanus (‚Apologia pro Herodoto', quae adiuncta est latinae Herod. versioni), Geinozius (Defense d'Herodote contre les accusations de Plutarque, quae est in Mem. de l'acad. d. inscr. XXX, 115—145; XXXVI, 120—144; XXXVIII, 101—114; eadem in vernaculum sermonem translata exstant in Gattereri hist. univ. bibl. X, p. 29, seqq.), Larcher (cf. notas ad Histoire d'Hér. traduite du Grec. 't. I—VII), Ricardus (Oeuvres morales de Plut. trad. en franç. t. XI, 325—377 atque not. pagg. 378—485), Kaltwasser (Plutarchs moralische Abhandlungen, cf. notas v. VI, p. 678—772), Roversius (Commentatio de Herodoti in rebus gentium tradendis dotibus atque virtutibus praecipuis pag. 89 seq.), Marlius (De fide Herodoti a Plutarcho reiecta. Lugd. 1826), Lahmeyer (De libelli Plutarchei, qui De malignitate Herodoti inscribitur et auctoritate et auctore, Gotting. 1848.)

libellum a Plutarcho cum humanitate tum doctrina imbuto, cuius inter genuinos libros in codicibus exstat, conscriptum esse negarunt. Quorum primus Creuzer[3]) fuisse videtur, vir doctus atque de graecis scriptoribus optime meritus, cui astipulati sunt Baehrius[4]), Westermannus[5]), Roscher[6]).

Anno autem MDCCCXLVI ordo philosophorum universitatis Gottingensis praemio proposito commilitones adhortatus est, ut illius libelli auctoritatem, argumentum, consilium in examen vocarent; qua occasione oblata Lahmeyer commentationem suam conscripsit (cf. n. 2). Atque vero is omnia, quae ad illas quaestiones pertinent „tanta cum diligentia et doctrina tractavit, ut Plutarchi nomen extra dubitationem posuisse" ordini philosophorum videretur; neque tamen Baehrius ab animo suo impetrare potuit, ut Lahmeyeri sententiam amplecteretur, immo illum libellum a Plutarchi indole et ingenio prorsus abhorrere etiam tum[7]) dixit neque id unus. Sane vero fuerunt quoque, qui a Lahmeyeri partibus stare mallent[8]); tertia autem classis eorum est, qui ad certum quidem iudicium nondum pervenisse videantur[9]).

---

3) Herodot und Thucydides, Versuch einer nähern Würdigung einiger ihrer histor. Grundsätze, mit Rücksicht auf Lucians Schrift, wie man Geschichte schreiben müsse, Leipzig, 1798; Vorerinnerungen p. IV, cf. p. 102 n.

4) Ad Herod. 5, 63, 1; 66, 4 etc.; Real-Encyclop. III, p. 1251.

5) Vossius De histor. gr. ed. a Westerm. p. 39, n. 7.

6) Klio I, 1842, p. 93, 1.

7) In recensione Lahmeyeri libelli, quae est in Iahnii Annal. philolog. vol. 54 (1848) pagg. 115—126.

8) E. c. Dinsius (De libello Plutarchi *Γυναικῶν ἀρεταὶ* inscripto Berol. 1863), Ernestus Curtius (Hist. gr. ed. 2. vol. II. pag. 743, n. 30 „Plutarch, der als Boeotier mit ihm — Herodot — unzufrieden ist, verdächtigt ihn ohne Erfolg"), Dunkerus (Gesch. des Alterthums IV, 665, n. 1) Bergius (Aristeides. Erster Theil. Das Leben des Aristides bis zum Abschlusse seines Conflictes mit Themistocles. 1871. pag. 36).

9) Nomino Doehnerum (‚Quaestionum Plutarchearnm particula tertia', 1862, p. 52) et Volkmannum (‚Leben, Schriften und Philosophie des Plutarch von Chaeronea', 1869, p. 341 seq.).

Quae cum ita sint, suo iure Volkmannus (l. l. pag. 341) haec dixisse videtur: „Wenn ein so gründlicher Kenner Plutarchs, wie G. Doehner, noch immer diese Schrift als ihm in hohem Grade verdächtig bezeichnet, so muss wohl die Frage nach deren Echtheit als eine zur Zeit noch offene trachtet werden". — De sententiis virorum doctorum hactenus.

Itaque hanc quaestionem retractare operae pretium fore existimo, praesertim cum hoc modo simul via ad eam quaestionem muniatur, quos praecipue auctores Plutarchus in rebus gestis et Themistoclis et Aristidis narrandis secutus sit; nunc igitur ad libellum ipsum transeamus.

Priusquam auctor ad singulas Herodoti voces et narrationes reprehendendas accedit, nos docet, quas potissimum in malignitate cognoscenda comprobandaque sibi leges statuerit; sunt haece:

I. *ὁ τοῖς δυσχερεστάτοις ὀνόμασι καὶ ῥήμασι, ἐπιεικεστέρων παρόντων, ἐν τῷ λέγειν τὰ πεπραγμένα χρώμενος — οὐκ εὐμενής ἐστιν* [10]).

II. *δεύτερον, ὅτῳ κακὸν πρόσεστιν ἄλλως, τῇ δ'ἱστορίᾳ μὴ προσῆκον, ὁ δὲ συγγραφεὺς ἐπιδράττεται τούτου, καὶ παρεμβάλλει τοῖς πράγμασιν οὐδὲν δεόμενος, ἀλλὰ τὴν διήγησιν ἐπεξάγων καὶ κυκλούμενος, ὅπως ἐμπεριλάβῃ ἀτύχημά τινος, ἢ πρᾶξιν ἄτοπον καὶ οὐ χρηστὸν, δῆλός ἐστιν ἡδόμενος τῷ κακολογεῖν* [11]).

III. *καὶ μὴν τό γ' ἀντίστροφον τούτῳ παντὶ δῆλον, ὡς καλοῦ τινος καὶ ἀγαθοῦ παράλειψίς ἐστιν, ἀνυπεύθυνον δοκοῦν πρᾶγμα εἶναι, γινόμενον δὲ κακοήθως, ἅνπερ*

---

10) Hac ex lege ortae sunt accusationes, quae exstant capp. 15 (1), 24 (1), 27 (2), 31 (2 seq.) 34 (4 seq.); cf. Lahmeyer. p. 29, n. 13.

11) Ad hanc quidem legem Lahmeyero auctor respexisse videtur capp. 15 (5), 19, 22, 32 (7), 40, 34 (9), 42 (1); mihi autem postremo loco Herodotum mendacii convincere voluisse videtur (cf. verba *καίτοι γελοῖον, εἰ μὴ συνήθεις εἶεν οἱ πολέμιοι, μάχεσθαι μὴ θέλειν*).

ἐμπίπτῃ τὸ παραλειφθὲν εἰς τόπον προσήκοντα τῇ ἱστορίᾳ [12]).

IV. τέταρτον τοίνον τίθεμαι σημεῖον οὐκ εὐμενοῦς ἐν ἱστορίᾳ τρόπου, τὸ δυοῖν ἢ πλειόνων περὶ ταὐτοῦ λόγων ὄντων, τῷ χείρονι προστίθεσθαι [13]).

V. ἔτι τοίνυν ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων πεπρᾶχθαι, τὴν δ' αἰτίαν, ἀφ' ἧς πέπρακται καὶ τὴν διάνοιαν ἐχόντων ἄδηλον, ὁ πρὸς τὸ χεῖρον εἰκάζων δυσμενής ἐστι καὶ κακοήθης [14]).

VI. δέχεται δὲ καὶ παρὰ τόν τρόπον τοῦ ἔργου διήγησις ἱστορικὴ κακοήθειαν, ἂν χρήμασι φάσκῃ, μὴ δι' ἀρετῆς, κατειργάσθαι τὴν πρᾶξιν [15]).

VII. ἔστι τοίνυν τοῖς ἀπ' εὐθείας οὓς βούλονται κακῶς λέγουσι δυσκολίαν ἐπικαλεῖν καὶ θρασύτητα καὶ μανίαν, ἐὰν μὴ μετριάζωσιν· οἱ δὲ πλαγίως οἷον ἐξ ἀφανοῦς βέλεσι χρώμενοι ταῖς διαβολαῖς, εἶτα περιιόντες ὀπίσω καὶ ἀναδυόμενοι τῷ φάσκειν ἀπιστεῖν ἃ πάνυ πιστεύεσθαι θέλουσιν, ἀρνούμενοι κακοήθειαν, ἀνελευθερίαν τῇ κακοηθείᾳ προσοφλισκάνουσιν [16]).

VIII. ἐγγὺς δὲ τούτων εἰσὶν οἱ τοῖς ψόγοις ἐπαίνους τινὰς παρατιθέντες — οὕτω τὸ κακόηθες εἰς πίστιν ὧν ψέγει προαποτίθεται τὸν ἔπαινον [17]).

Quae omnia in examen vocans nemo nisi is, qui praeiudicata opinione obcaecetur, cum Baehrio [18]) Lahmeyeri sententiam amplecti dubitabit, quippe qui omnes illas leges aut prorsus falsas atque iniustas aut valde restringendas esse sine ulla cunctatione dicat [19]); quamobrem nequaquam mirandum est, quod illarum regularum tenax omniaque ad eas exigens libelli auctor a recta quidem via semper fere aberravit; tantum autem abest, ut historiae patrem mali-

12. Cf. capp. 15 (4), 24 (2), 26 (4), 36 (6), 39 (13).
13) Cf. capp. 20 et 24 (2 seq.)
14) Cf. 16, 18, 21, 22, 25, 29, 31, 33, 34, 35 capp.
15) Cf. cap. 34 (1 et 2). — 16) Cf. capp. 27 et 28.
17) Cf. capp. 23, 29, 18, 26.
18) Annal. philol. vol. 54, pag. 121. — 19) L. l. pag. 33.

gnitatis convincere possit, ut ipse eius incusandus videatur [20]).

Tum nonnullis locis libelli auctor non tam malignitatis quam mendacii Herodotum accusat, sed hic quoque argumentatio eius a probabilitate longissime abest [21]). Quo factum est, ut Lahmeyer ipse Herodoti causam deserere dubitaret atque tribus tantum quatuorve locis [22]) obtrectatori eius assentiri auderet; utut vero de his iudicabitur, reliqua nihil fere auctoritatis habere, immo ineptiis nugisque scatere vir doctus vix negabit. Itaque ad singulas criminationes denuo refutandas et diluendas descendere nolo.

Postquam igitur cognovimus quantulum libelli auctor criminationibus Herodoti laudi nocuerit, quaerendum est, qui tamen factum sit ut viri docti illum libellum a Plutarcho conscriptum esse arbitrarentur; qua de causa nunc ad quartum Lahmeyeri commentationis caput transeamus.

Primo loco [23]) in patriam aetatemque scriptoris inquirens Lahmeyer libelli auctorem cum ex Boeotorum gente fuisse tum post Caesarem et Catonem vixisse ex capp. 1 (14 fin.) et 6 (fin.) luculenter apparere dicit [24]); quia autem

---

20) Geinozius quidem haec scripsit (Gattereri bibl. hist. univers. vol. X, pag. 45): „Hier verletzt Plutarch — selbst alle Gesetze der Kritik, die er gegeben hat und macht sich des Lasters schuldig, des er den Herodot zeiht".

21) E. c. in ceterorum silentio tamquam fundamento nititur capp. 14 (3), 20, 24 (4); cap. 11 (1 et 2) argumenta omnino non profert libelli auctor.

22) Cf. pagg. 40 (cap. 13), 43 (cap. 14), 44 (cap. 15), 71 (cap. 35).

23) Pagg. 82—84. Suo iure L. haud multum ei rei tribuit, quod in Lampriae scriptorum Plutarcheorum catalogo Herodoti quoque reprehensio commemoratur, quoniam eum non a Plutarchi filio, sed posteriore demum aetate conscriptum esse A. Schaefer demonstravit (Comm. de libro vitt. decem oratt. 1844 p. 27), genuina autem et spuria illic temere confusa esse inter omnes constat.

24) De eadem re Baehrius l. l. pag. 124 hisce verbis usus est: „Eben so wenig wollen wir in Abrede stellen, dass der Verfasser der Schrift aus Boeotien war oder vielmehr als einen solchen sich darstellt,

infra demum meum iudicium proferre in animo habeo, hoc quidem loco Lahmeyeri argumentationis filum interrumpere nolo. Itaque eam paucis adumbrare statim pergam.

Tum vero iam Dionem Chrysostomum hunc libellum ante oculos habuisse vir doctus existimat; etenim et initio eius et exitui prorsus respondere verba putat, quae extant in Dionis orat. XI § 42 *φιλήδονοί εἰσιν οἱ Ἕλληνες, ἃ δ' ἂν ἀκούσωσιν ἡδέως τινὸς λέγοντος, ταῦτα καὶ ἀληθῆ νομίζουσιν*. Neque minorem similitudinem intercedere censet inter nostri libelli caput primum et haec Dionis verba (§ 5) *ὑμᾶς δὲ δίκαιόν ἐστί μοι χάριν εἰδέναι καὶ ἀκροᾶσθαι προθύμως· ὑπὲρ γὰρ τῶν ὑμετέρων προγόνων ἐσπούδακα* — (§ 11) *τῷ ἀληθεῖ βοηθῶν*, item inter c. 31 (*οὐδὲ τοῦ πιθανοῦ — φανεῖται συνειδώς*) et Dionis §. 21, inter c. 1 et Dionis § 102 *ἀλλὰ γὰρ εἴτις ἅπαντα ἐλέγχοι, πολὺ ἂν ἔργον εἴη*, inter c. 40 (med.) et Dionis §. 27 *οὐχ ὡς αὐτοί τι εἰδότες ἀλλ' ὡς ἑτέρων ἀκούσαντες*. Denique, ne longus sim, vir doctus pag. 84 haec profert: „Quid, quod §. 103, ubi dicit (Dion) *ὑφορώμενος δὲ μή τις ἄρα καὶ τοῦ Πατρόκλου ζητῇ τάφον — διὰ τοῦτο προκαταλαμβάνων οὐκ ἔφη τάφον αὐτοῦ γενέσθαι* vel verba imitatur, quibus Plutarchus (c. 42) utitur „*ὁ δὲ προλαμβάνων τὸν ἔλεγχον τοῦ ψεύσματος τῶν ἐρησομένων· πόθεν οὖν πολυάνδρια καὶ θῆκαι τοσαῦται κτλ*"; ex paragrapho vero quarta[25]) suspicatur haud ita multiplicem plausum Plutarcho Herodoti obtrectatori ab aequalibus datum esse.

Nova autem argumenta idem ex illa Corinthiacae ora-

---

der die Ehre seiner Vorfahren wider des Herodots Vorwuerfe zu schuetzen beabsichtigt."

25) Dionis verba sunt haec: *οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι καὶ ὑμᾶς, ἄνδρες Ἰλιεῖς, εἰ πιστότερον ἡγήσασθε Ὅμηρον τὰ χαλεπώτατα φευσάμενον καθ' ὑμῶν ἢ ἐμὲ τἀληθῆ λέγοντα κἀκεῖνον μὲν ὑπολαβεῖν θεῖον ἄνθρα καὶ σοφόν, καὶ τοὺς παῖδας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὰ ἔπη διδάσκειν οὐδὲν ἄλλο ἢ κατάρας ἔχοντα κατὰ τῆς πόλεως καὶ τιμάτας οὐκ ἀληθεῖς, ἐμοῦ δὲ μὴ ἀνέχοισθε τά ὄντα καὶ γενόμενα λέγοντος, ὅτι πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον Ὁμήρου γέγονα.*

tione petivit, quam nunc Dion nunc Phavorinus[26]) conscripsisse dicitur; nam auctor eius, quisquis fuit, Herodoteae de pugna Salaminia narrationi adstipulari se posse negat ac prorsus eisdem ad Corinthios defendendos sepulcrorum titulis nititur, quos auctor quoque libri *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* commemorat[27]). Qua de causa Lahmeyer rem sic sibi informat, ut hunc „iam illius orationis auctori ante oculos obversatum esse" existimet. Tum vero idem haec profert: „accedit porro, quod in eiusdem illius orationis paragrapho septima Herodotum narrat [Phavorinus] propter praemium recitationis a Corinthiis sibi recusatum huic urbi invidiam in historiis suis conflasse; quem quidem de praemio denegato rumorem veri simile est vel ab ipso Phavorino vel certe ab aequalibus eius confictum esse, cum ei, qui de malignitate Herodoti scripsisset, notum illum esse nondum potuisse apparet. Cum vero Herodoti reprehensionem minime videri aequalium plausum tulisse supra ostenderimus, veri est simillimum inter Phavorinum, qui nihilo minus nitatur ea ac crimina ibi consignata vel amplificet interque auctorem illius libelli necessitudinem aliquam interessisse".

Quae omnia cum ita sint, Lahmeyer suo iure dicere sibi videtur[28]) et eandem illius libelli scriptoris quam Plutarchi patriam fuisse neque ex internis temporis rationibus sequi quicquam, quod Plutarcheo nomini repugnet, immo luculenter apparere ante Dionis et Phavorini orationes eum conscriptum esse atque libri auctorem cum oratoribus illis

---

26) Cf. Emperius ‚De orat. Corinth. falso Dioni Chrysostomo adscripta' (progr. Brunsv. 1832), cuius sententiam Lahmeyer amplexus est. Cf. Erschii et Gruberi encycl. vol. LXXXI, pag. 441, n. 28: ‚Die korinthische Rede des Dionysius Chr. will Emperius dem Favorinus zueignen; es ist aber sehr unsicher, nur so viel ist gewiss, dass sie nicht dem D. gehoert.'

27) cap. 39 (8 et 11).

28) pag. 84.

artiore aliquo familiaritatis vinculo conexum fuisse videri; quae omnia optime quadrare ad Plutarchum putat[29])

Inde autem a §. 41 Lahmeyer probaturus librum, qui *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* inscribitur, a Plutarchi dicendi consuetudine haud quaquam discedere primo loco de hiatu, quem dicunt, disserit; nam Plutarchum haud ita saepe eum sibi indulsisse inter omnes constat[30]). Atqui vir doctus paucissimos dicit exstare hiatus vitiosos in illo libello eosque partim aliis quoque de causis offensionem praebere partim ita certe comparatos esse, ut facile possint removeri; quamobrem quamvis non certum, tamen veri simillimum esse arbitratur iure meritoque hunc quoque libellum Plutarcho tribui auctori[31]).

Tum vero commentationis scriptor locutiones, quas dicunt, congessit quae et in reliquis Plutarchi libris et in hoc libello exstant; e. c. *αὐταῖς λέξεσιν γέγραφεν* c. 37, *αὐτοῖς ὀνόμασι γέγραφεν* c. 35. — *ταῦτα σχιδὸν αὐτοῖς ὀνόμασι γέγραπται* v. Alex. c. 47 (cf. v. Solon. 19). Porro cf. c. 3 *ἔοικεν εἰς τὴν τραγικὴν ἐμπίπτειν κατάραν — ὥσπερ ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας* De frat. am 11 (De resp. sen.

---

29) Baehrio vero haec omnia improbanda esse videntur; scribit enim l. l. p. 124 haec: „Wenn aber weiter aus Dio Chrysostomos und aus Phavorinus der Beweis genommen werden soll, dass beide diese Schrift des Plutarchs gekannt, so wuerden wir daraus uns noch keineswegs zu dem Schlusse berechtigt halten, dass die Schrift, weil sie von Schriftstellern beruehrt werde, die im Ganzen in das Zeitalter Plutarchs fallen, auch wirklich eine Schrift des Letzeren sei; dabei erscheinen die Beruerungen so allgemeiner Art, dass wir in der That specielleren Nachweis verlangen wuerden, wenn wir eine Beziehung auf die Plutarch'sche Schrift bei Dio Chrysostomos und Phavorinus, also eine Bekanntschaft dieser beiden mit derselben annehmen sollen."

30) Cf. Berseler. ‚De hiatu in oratoribus et historicis graecis libri II' (Frib. 1841, pagg. 314—548); Sintenis. ‚De hiatu in Plutarchi vitis parallelis epistola ad Herm. Sauppium (progr. schol. Zerbst. 1845), Schellens De hiatu in Plutarchi Moralibus (1864).

31) Haec omnia multum valere Baehrius negat (l. l. p. 125).

ger. 9, de soll. animi 33, aliis locis idem est); c. 39 *τί γὰρ ἔδει φείδεσθαι* (sic Emperius [Opusc 338], *ἀπέχεσθαι* vero Wyttenbachius coniecit) *μηχανῆς τραγικῆς — ὥσπερ ἐν τραγωδίᾳ μηχανὴν ἄρας* v. Them. 10 et 32; c. 9. *οἱ κολακεύοντες οἷον ἥδυσμα τῇ κολακείᾳ τὴν παρρησίαν ἐμβάλλοντες — ὥςπερ οἱ δεινοὶ τῶν ὀψοποιῶν τοῖς αὐστηροῖς ἡδύσμασι χρῶνται τῶν γλυκέων ἀφαιροῦντες τὸ πλήσμιον, οὕτως οἱ κόλακες οὐκ ἀληθινὴν παρρησίαν προσφέρουσιν* De adulatore et amico c. 5: *ὥσπερ οἱ ζωγράφοι τὰ φωτεινὰ καὶ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς καὶ σκοτεινοῖς ἐπιτείνουσιν ἐγγὺς παρατιθέμενοι, οὕτω τῷ ψέγειν τἀναντία καὶ λοιδορεῖν λανθάνουσι τὰ προσόντα κακὰ τοῖς κολακευομένοις τρέφοντες* De adul. et amico 14 — *ὥσπερ οἱ ζωγράφοι τὰ λαμπρὰ τῇ σκιᾷ τρανώτερα ποιοῦσιν, οὕτω ταῖς ἀρνήσεσι τὰς διαβολὰς ἐπιτείνει* c. 28 De Herod. malign.

Tum eosdem versus, easdem sententias, easdem narrationes nonnunquam et in reliquis Plutarchi libris, quos genuinos esse constat, et in illo libello exstare vir doctus docet[32]); ac mirum est, quod eae Herodoti narrationes, quas Plutarchum in dubium vocasse ex Them. v. capp. 7, 17, 21 et Arist. v. capp. 16, 19 suspicari possumus[33]), item a

---

32) Ipse cf. pag. 94—96. Baehrius autem Lahmeyeri sententiam hisce verbis impugnare studet (l. l. p. 125): „Weit mehr Werth als auf die Beobachtung des Hiat möchten wir auf die S. 93 und 94 gegebenen Nachweise legen, von einzelnen in dieser Schrift vorkommenden Ausdrücken und Redensarten, welche in anderen Schriften Plutarchs wiederkehren . . . . es wird dieses Alles doch nur zeigen koennen, wie der Verfasser dieses Machwerkes es wohl verstanden hat, Plutarcheische Phrasen und Wendungen in seine Darstellung einzuflechten, um auf diesem Wege dasselbe als ein Werk des Plutarch darzustellen.

33) Si quidem recte Hermannus (prooem. Marburg. 1836, pag. IV) haec contendit: „si quem auctorem Plutarchus nominat, non ostentandi causa facit neque ut fidem narrationi suae apud lectores conciliet, sed aut eorum, quorum veritatem ipse praestare nolit fontem indicaturus etc.“

nostri libelli auctore improbantur (capp. 34, 40 [bis], 42 [bis]).

Denique librum, qui *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* inscribitur, summa auctoris doctrina prorsus admirabilem itaque inprimis Plutarcho dignum esse vir doctus dicit[34]); atque ultimo tandem loco ad id argumentum accedit, quod permultum ad sententiam eius labefactandam valere cum Baehrio existimem. Etenim vel summa admiratione dignum est, quod Plutarchus, procul dubio probi sincerique animi homo acerrime in Herodotum (quem amare potius quam increpare debebat) invectus esse dicitur; atque hoc ipsum Camerarium et Wyttenbachium permovisse videtur, ut illic[35]) censeret Plutarchum non quae sensisset in hoc libello disseruisse, sed vel aliorum voluntati assentatum esse vel quid in mala causa posset, ostendere voluisse, hic vero statueret[36]) hunc libellum a Plutarcho iuvene conscriptum esse. Quibuscum Lahmeyer facere noluit, immo posteriore demum aetate eum ab eo compositum esse opinari videtur (pag. 86) atque de consilio, quod Plutarchus in eo conscribendo secutus sit, disserens hisce utitur verbis pag. 100: „principale consilium nullum aliud erat, nisi ut de Boeotis Thebanisque iniuste ab Herodoto iudicatum esse demonstraret ideoque postea in singulorum vitis ex more suo odiosa illa quaestione prorsus supersedere posset, praeterquam ubi per alias rationes hoc non licebat. Patriae igitur amore occaecatus aliisque praepeditus opinionibus praeiudicatis tales Plutarchus tantosque errores committere potuit; quin usque eo processit, ut similiter etiam Herodotum in

---

34) Aliter vero Baehrius iudicavit (p. 121): „Diese Schrift - - - die keineswegs die Belege der vielfachen Belesenheit und Gelehrsamkeit dieses Schriftstellers, des Reichthums und der Fülle von Citaten anderer Schriftsteller, namentlich auch der Dichter erkennen laesst, wenn(!) in allen anerkannt echten Schriften des Plutarch die Beweise so reichlich vorliegen." — 35) L. l. pag. 7 (med.)

36) Cf. animadv. ad Plut. Moral. I, 60.

universa, qua ceteros tractaverit, malignitate tamen patriae suae nimis favisse arbitraretur [37]").

Postquam igitur tam diligenter et accurate, quam par erat, omnia ea congessimus, quibus Lahmeyer adductus est, ut Plutarchum huius libri auctorem fuisse affirmaret, nunc quidem ea refutare ac diluere conemur, qua quidem in re Baehrius permulta mihi praeripuit. Ab Plutarchi autem amore patriae proficisci iuvat.

Iam primum nescio, an tam acri patriae i. e. Boeotiae amore Plutarchum arsisse iniuria Lahmeyer statuerit; neque enim ullum repperi, qui illam opinionem vel mediocriter adiuvet, — ne in Pelopidae quidem vita, quam a Boeoto homine conscriptum esse ex nullo fere versu cognoscas. Itaque vitarum scriptorem, quippe qui aliis locis summam humanitatem et integritatem in promptu ponat, nimio patriae amore occaecatum in malignitatis et iniustitiae vitia incidisse mihi quidem a probabilitate prorsus abhorrere videtur; fac autem patriae amore impulsum Plutarchum Herodoti refutandi operam suscepisse, quid vel acerbissimis verbis [38]) in patrem historiae invectus est, quamquam aliis locis de eodem verbis utitur modestis [39])?

---

37) Apud Niebuhrium (Vorlesungen ueber alte Gesch. I, 388) haec exstant: „Plutarch der Boeoter klagt in dem Buche *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* ihn der *κακοήθεια* . . . . Zu diesem Vorwurfe wurde Plutarch durch seinen boeotischen Patriotismus veranlasst . . ."; cf. Kaltwasser l. l. VI, 417 et Baehr. (l. l. pag. 126): „Es heisse überhaupt in die edle Gesinnung eines Plutarch wenig Vertrauen setzen, wenn man ihn für fähig halten sollte, ein solch ärmliches Pamphlet voll läppischer Vorwürfe wider einen Herodot zu schreiben, dessen tiefer Ernst, dessen religiöser Character den gleichgesinnten Chaeroneer gewiss ergreifen .... musste. Und eben so wenig können wir uns einen Mann wie Plutarch von so blinden Vorurtheilen geleitet denken, dass er zu Liebe seiner Heimath sich zu einer solchen Schmähschrift hätte verleiten lassen."

38) Sicuti c. 23, 3 *εὔρυθμός γε καὶ πολιτικὸς ὁ μυκτὴρ τοῦ συγγραφέως εἰς Κᾶρας, ὥσπερ εἰς κόρακας, ἀποδιαπομπουμένου τὸν Ἰσαγόραν.*

39) E. c. Arist. c. 19: *θαυμαστὸν οὖν τὸ Ἡροδότου, πῶς μόνους*

Tum quod ad illam similitudinem attinet, quae inter hunc libellum et genuinos Plutarchi libros intercedit, eam ad sententiam Lahmeyeri probandam permultum valere iure ac merito iam Baehrius negavit, quoniam fieri potuit, ut libelli auctor Plutarchum cum maxime imitaretur [40]), neque illis singulis locutionibus Plutarchus unus utitur; nam cf. Demosth. Olynth. III, p. 35 *δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι*, Isocr. pag. 426 *τότε γὰρ χρὴ παύεσθαι λέγοντας, ὅταν ἢ τὰ πράγματα λάβῃ τέλος καὶ μηκέτι δέῃ βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν ἢ τὸν λόγον ἴδῃ τις ἔχοντα πέρας ὥστε μηδεμίαν λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν*, item pag. 63 d, 189 a, Lucian. Phalar. 2, 2. Illud autem *ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος* in proverbii consuetudinem venerat [41]; denique cum verbis *τί γὰρ ἔδει φείδεσθαι μηχανῆς τραγικῆς* cf. Plat. Clitoph. 407 A. *ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεός*, Athen. VI, 226 C. (Alexidis fragm.).

Nec vero quicquam expedit reliqua Lahmeyeri argumenta in quaestionem denuo vocare, quia iam Baehrius ea sic labefactasse (cf. notas 24, 29, 32, 34, 37) mihi videtur, ut novis con tentionibus supersedere possimus. Repperisse autem pauca mihi videor, quae huius sententiam non mediocriter adiuvent; itaque Lahmeyeri opinionem nunc missam faciamus atque haec quidem in medium proferamus.

Primo loco insigne negligentiae auctoris exemplum ante

τούτους φησὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις. Ceterum in iudicio ordinis philosophorum Gotting. (cf. Lahm. p. V) haec exstant verba: „ — ne illud quidem satis [Lahmeyer] explicavit, quo modo fieri potuerit, ut historiae pater tot criminationibus locum daret."

40) Qua impudentia celeberrimi scriptores a posterioribus exscripti sint, optime ex Xenophonteis libris cognosci potest; cf. Hagen. ‚De Xenophonteo qui fertur Agesilao capita quinque (Bernae 1865) pag. 11 seqq.

41) Cf. Eustath. ad Odyss. 1579, 43 atque Stallbaum. ad Plat. Euthyphr. pag. 3.

oculos proponere liceat, quo clarius appareat, qua ratione is in conscribendo libello usus sit. Herodotus enim III, 48 seqq. tradit Corinthios cum Lacedaemoniis adversus Samios, cum penes Polycratem summum imperium esset, expeditionem suscepisse, quia paullo ante trecentos Corcyraeorum liberos, quos castrados Alyatti tradi Periander iussisset[42]), Samii ex castrationis periculo eripuissent; libelli autem scriptor cap. 22 hac quidem de causa Corinthios arma contra Samios tulisse negat atque sic pergit (cap. 23, 5): *ἀφελέσθαι τοίνυν Λακεδαιμονίους μὴ δυνάμενος τὴν Ἀθηναίων ἐλευθέρωσιν ἀπὸ τῶν τυράννων αἰσχίστῳ πάθει καλλιστον ἔργον οἷός τ' ἐστὶν ἀφανίζειν καὶ καταισχύνειν· „ταχὺ γὰρ μετανοῆσαί φησιν αὐτούς, ὡς οὐ ποιήσαντας ὀρθῶς, ὅτι κιβδήλοισι μαντηΐοισιν ἐπαρθέντες ἄνδρας ξείνους ὄντας αὐτοῖσι καὶ ὑποσχομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, ἐξήλασαν ἐκ τῆς πατρίδος τούς τυράννους καὶ δήμῳ ἀχαρίστῳ παρέδωκαν τὴν πόλιν. Εἶτα μεταπεμψαμένους Ἱππίαν ἀπὸ Σιγείου κατάγειν εἰς τὰς Ἀθήνας· ἀντιστῆναι δὲ Κορινθίους αὐτοῖς καὶ ἀποστρέψαι,. Σω[σι]κλέους διελθόντος, ὅσα Κύψελος καὶ Περίανδρος κακὰ τὴν Κορινθίων πόλιν εἰργάσαντο τυραννοῦντες“ Καίτοι Περιάνδρου σχετλιώτερον οὐδὲν οὐδ' ὠμότερον ἔργον ἱστορεῖται τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριακοσίων ἐκείνων, οὓς ἐξαρπάσασι καὶ διακωλύσασι παθεῖν ταῦτα Σαμίοις ὀργίζεσθαί φησι καὶ μνησικακεῖν Κορινθίους ὥσπερ ὑβρισθέντες Τοσαύτης ἀναπίμπλησι ταραχῆς καὶ διαφωνίας τὸ κακόηθες αὐτοῦ τὸν λόγον, ἐξ ἁπάσης τῇ διηγήσει προφάσεως ὑποδυόμενον.*

Haud dubie haec gravissima Herodoti verba prorsus neglexit (III, 49): *„εἰ μέν νυν Περιάνδρου τελευτήσαντος τοῖσι Κορινθίοισι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους, οἱ δὲ* (sc. Corinthii) *οὐκ ἂν συνελάβοντο τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ταύτης εἵνεκεν τῆς αἰτίης. νῦν δὲ αἰεὶ ἐπεί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι.*

42) Corcyraei enim Periandri filium morte affecerant.

τούτων ὧν εἵνεκεν ἀπεμνησικάκεον τοῖσι Σαμίοισι οἱ Κορίνθιοι, nisi forte illos trecentos Corinthiorum liberos fuisse opinatus est. Itaque illa ‚*διαφωνία*‘ prorsus evanescit.

Tum vero cap. 19, 3 haec sunt: *ὑπειπὼν δὲ* [sc. Herodotus], *καθαρῶς Ἴωνας γεγονέναι τοὺς Ἀπατούρια ἄγοντες ἑορτήν „ἄγουσι δὲ πάντες“ φησὶ „πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων.“ Τούτους μὲν οὕτως ἐκκέλεικε τῆς εὐγενείας.* Herodotus autem haec tradit (I, 147): *εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάντες πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων· οὗτοι γάρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια καὶ οὗτοι κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν;* itaque proprie Ephesiis quoque et Colophoniis ea celebranda fuisse concedit neque hos germanos Iones esse negat. Qualem negligentiam vix Plutarchus sibi indulsit, quippe qui ipse haec diserte dicat (Non posse suaviter vivi sec. Epic. cap. 1): *δεῖ τοὺς λόγους ἕκαστον ὧν ἐλέγχει καὶ τὰ γράμματα μὴ παρέργως διελθεῖν μηδὲ φωνὰς ἀλλαχόθεν ἄλλας ἀποσπῶντα καὶ ῥήμασιν ἄνευ γραμμάτων ἐπιτιθέμενον, παρακρούεσθαι τοὺς ἀπείρους.*

Tum eiusdem auctoris esse vix possunt cap. 2. *Πρῶτον μὲν οὖν ὁ τοῖς δυσχερεστάτοις ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἐπιεικεστέρων παρόντων ἐν τῷ λέγειν τὰ πεπραγμένα χρώμενος (ὥσπερ εἰ θειασμῷ προσκείμενον ἄγαν ἐξὸν εἰπεῖν τὸν Νικίαν, ὁ δὲ θεόληπτον προσείποι· ἢ θρασύτητα*[43]*) καὶ μανίαν Κλέωνος μᾶλλον ἢ κουφολογίαν) οὐκ εὐμενής ἐστιν.* cf. Plut. Nic. 2: *ἴσχυε μὲν γὰρ ὁ Κλέων μέγα — ὁμῶς δὲ καὶ τὴν πλεονεξίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἰταμότητα καὶ θράσος ὁρῶντες αὐτοὶ —* (cf. cap. 8.) Plut. Nic. 7: *καὶ γὰρ ἄλλως εἰώθεσαν αὐτοῦ τὴν κουφότητα καὶ μανίαν φέρειν* (sc. *Κλέωνος*) *μετὰ παιδιᾶς οὐκ ἀηδῶς.*

43) Lahmeyer (pag. 98) *θρίσος* lenius vocabulum quam *θρασύτης* esse existimat.

cap. 5; *τέταρτον τοίνυν τίθεμαι σημεῖον οὐκ εὐμενοῦς ἐν ἱστορίᾳ τρόπου, τὸ δυ οἷν ἢ πλειόνων περὶ ταὐτοῦ λόγων ὄντων τῷχείρονι προστίθεσθαι... πολλοὶ δὲ ὅλως τὰ χείρονα παραλείπουσιν· ὥσπερ ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπὼν ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἔγνω καὶ τὰ πρασσόμενα πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, φησὶν, οὐδὲ προσεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἐλπίδας· Θουκυδίδης δὲ καὶ τοπαράπαν τὸν λόγον τοῦτον ὡς κατεγνωκὼς, παρῆκεν.*

cf Plut. Them. c. 23: *ὁ γὰρ Παυσανίας, πάττων ἐκεῖνα δὴ τά περὶ προδοσίαν πρότερον μὲν ἀπεκρύπτετο τὸν Θεμιστοκλέα καίπερ ὄντα φίλον· ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπτωκότα τῆς πολιτείας καὶ φέροντα χαλεπῶς, ἐθάρσησεν ἐπὶ τὴν κοινωνίαντ ῶν πραττομένων παρακαλεῖν, τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ καὶ παροξύνων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὡς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους. Ὁ δὲ τὴν μὲν δέησιν ἀπετρίψατο τοῦ Παυσανίου καὶ τὴν κοινωνίαν ὅλως ἀπείπατο πρὸς οὐδένα δὲ τοὺς λόγους ἐξήνεγκεν οὐδὲ κατεμήνυσε τὴν πρᾶξιν.*

cap. 7: *δέχεται δὲ καὶ παρὰ τὸν τρόπον τοῦ ἔργου διήγησις ἱστορικὴ κακοήθειαν, ἂν χρήμασι φάσκῃ, μὴ δι' ἀρετῆς, κατειργάσθαι τὴν πρᾶξιν ὡς Φίλιππον ἔνιοι φάσκουσι.*

cf Plut. Aemil Paul. c. 12: *καί ταῦτ' ἔπραττεν οὐ Λυδῶν τις οὐδὲ Φοινίκων γεγονὼς ἀλλὰ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου κατὰ συγγένειαν ἀρετῆς μεταποιούμενος, οἳ τῷ τὰ πράγματα τῶν χρημάτων ὠνητὰ, μὴ τὰ χρήματα τῶν πράγμάτων ἡγεῖσθαι πάντων ἐκράτησαν.*

cap. 15: *καὶ μὴν τῶν ἑπτὰ σοφῶν, οὓς αὐτὸς σοφιστὰς*[44] *προσεῖπε, τὸν μὲν Θάλητα Φοίνικα τῷ γένει τὸ ἀνέκαθεν ἀποφαίνεται βάρβαρον· τοῖς δὲ θεοῖς λοιδορούμενος ἐν τῷ Σόλωνος προσωπείῳ ταῦτ' εἴρηκεν· „ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηίων ἐρίπρα; μάτων· ἃ γὰρ αὐτὸς ἐφρόνει περὶ τῶν θεῶν τῷ Σόλωνι προστριβόμενος, κοκοήθειαν τῇ βλασφημίᾳ προστίθησι.*

Plut. Non posse suaviter vivi sec. Epic. cap. 30: *εἰ γάρ ἐστι (τὸ) πέρας τῷ [εἶναι τὸ] μὴ εἶναι, τοῦτο δ' ἀπέραντον καὶ ἀμετάστατον, εὕρηκε κακὸν αἰώνιον ἡ τῶν ἀγαθῶν στέρησις, ἀναισθησίαν μηδέποτε παυσομένην. Καὶ σοφώτερος Ἡρόδοτος, εἰπὼν* (VII, 46) *ὡς ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ ὧν φαίνεται· καὶ μάλιστα τοῖς εὐδαιμονεῖν δοκοῦσιν οἷς δέλεάρ ἐστι λύπης τὸ ἡδύ, γευομένοις ὧν στερήσονται.*

nisi forte Plutarchi animum miro modo conversum esse existimamus; quia autem infra ad hoc quidem nobis recurrendum erit, statim pergere licet. Restat enim locus, qui vel summi momenti esse mihi videatur; est hic: (Non posse suaviter vivi sec. Epic. c. 10) *Αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας ἡ μάθησις οὕτως ἐράσμιόν ἐστι καὶ ποθεινόν, ὡς τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι διὰ τὸ γινώσκειν τοῦ δὲ θανάτου τὰ σκυθρωπότατα λήθη καὶ ἄγνοια καὶ σκότος. Ἧι καὶ, νὴ Δία, μάχονται τοῖς φθείρουσι τῶν ἀποθανόντων τὴν αἴσθησιν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ὡς ἐν μόνῳ τῷ αἰσθανομένῳ καὶ γινώσκοντι τῆς ψυχῆς τιθέμενοι τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ χαίρειν. Ἔστι γὰρ καὶ τοῖς ἀνιῶσι τὸ μεθ' ἡδονῆς τινος ἀκούεσθαι· καὶ ταραττόμενοι πολλάκις ὑπὸ λεγομένων καὶ κλαιόντων ὅμως λέγειν κελεύομεν, ὥσπερ οὗτος·*

---

44) Plut. De amicorum multit. VI, Chilon *σοφιστὴς* appellatur in Duebneriana quidem editione.

Οἴμοι πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν,
Κἀγώ γ' ἀκούειν. ἀλλ' ὅμως ἀκουστέον.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔοικε τῆς περὶ τὸ πάντα γινώσκειν ἡδονῆς ἀκρασία τις εἶναι καὶ ῥύσις ἐκβιαζομένη τὸν λογισμόν· ὅταν δὲ μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν ἱστορία καὶ διήγησις ἐπὶ πράξεσι καλαῖς καὶ μεγάλαις προσλάβῃ λόγον ἔχοντα δύναμιν καὶ χάριν ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικὰ καὶ Περσικὰ τὸν Ξενοφῶντος[45]).

Ὅσσα δ' Ὅμηρος ἐθέσπισε θέσκελα εἰδὼς
ἢ γῆς περι[όδους] Εὔδοξος ἢ κτίσεις καὶ πολιτείας Ἀριστοτέλης ἢ βίους ἀνδρῶν Ἀριστόξενος ἔγραψεν, οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφαῖνον, ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμέλητόν ἐστιν.

Quibus verbis nondum quemquam ad opinionem Lahmeyeri labefactandam usum esse magno opere miror; neque enim in eis explicandis et interpretandis vir doctus eam diligentiam, quam debebat, praestitit. Nam pag. 97 haec apud eum exstant: „Nihil enim refert, quod Plutarchus alio loco dicit, *ὅταν δὲ μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν — ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικά . . . μέγα τὸ εὐφραῖνον*; si quidem haec Herodoti laus ad solam, qua excellebat, dicendi venustatem referenda est, cum res illis temporibus a Graecis gestae tam fuerint pulchrae secundum Plutarchum tamque grandes per se, ut ne malignitas quidem Herodoti earum gloriae detrectare posset."

Plutarchus igitur hoc loco *λόγον* et *πράξεις* discernit h. e. orationem et res, quae si coniunguntur, *ἱστορία καὶ*

---

45) De hoc loco Rasmus (‚In Plutarchi libros, Non posse suaviter vivi sec. Epicurum' et ‚Adversus Coloten' etc. pag. 5-progr. Francof. 1863) hunc in modum disputavit:
„Scrib. . . . *Ἡροδότου τὰ Περσικὰ καὶ Ἑλληνικὰ . . . Ξενοφῶντος*" (sic!)
„Suum cuique scriptori reddendum esse quis non intelligat?"
At ex Pantheae mentione, quae subsequitur, apparet Plutarchum hoc loco non ad Xenophontis Hellenica sed ad *Κύρου παιδείαν* respexisse; etenim in ea tantum Pantheae nomen nobis occurrit.

διήγησις h. e. narratio nascitur, atque sumit et orationem vi elegantiaque praeditam (λόγον ἔχοντα δύναμιν καὶ χάριν) et res ipsas pulchras et magnas (πράξεις καλὰς καὶ μεγάλας) esse; quod si haec oratio et hae res coniungantur itaque μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν ἱστορία καὶ διήγησις h. e. nihil molestum aut damnosum habens historia et narratio nascatur, οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμέλητον scriptori τὸ εὐφραῖνον esse videtur. Iam vero pauca Plutarchus exempla in medium profert neque dubitari potest, quin verbis μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλ. ἱστ. καὶ δ. ἐπὶ πράξεσι καλαῖς καὶ μεγάλαις respondeat illud τὰ Ἑλληνικὰ, verbis autem λόγον ἔχοντα δύναμιν καὶ χάριν illud τὸν Ἡροδότου; nunc igitur totius quaestionis cardo in eo vertitur, qua ratione verba ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικὰ supplenda sint. Certe edepol aoristis, qui subsequuntur — ἐθέσπισε et ἔγραψε luce clarius fit nihil ad ea nobis addendum esse nisi προσέλαβε; unde sequitur, ut ad Herodoti quoque Musas verba οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφραῖνον ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμέλητόν ἐστιν referri necesse sit. Itaque idem Plutarchus nullo modo auctor horum verborum fuisse potest: De Herod. malign. cap. 43 Τί οὖν περίεστιν ἔνδοξον ἢ μέγα τοῖς Ἕλλησιν ἀπ' ἐκείνων τῶν ἀγώνων, εἰ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀόπλοις ἐμάχοντο, τοὺς δ' ἄλλους ἡ μάχη παρόντας ἔλαθε, κεινὰ δὲ πολυάνδρια τιμώμενα ἑκάστοις ψευδῶν δὲ γραμμάτων μεστοὶ τρίποδες ἑστᾶσι καὶ βωμοὶ παρὰ τοῖς θεοῖς, μόνος δὲ τἀληθὲς Ἡρόδοτος ἔγνω, τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας ἀνθρώπους ὅσοι λόγον Ἑλλήνων ἔχουσιν, ἐξηπάτηκεν ἡ φήμη τῶν τότε κατορθωμάτων, ὡς ὑπερφυῶν γενομένων.

Vehementer enim Lahmeyer eo peccavit, quod neglexit et verba οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφραῖνον κτέ, quippe quae ad orationis venustatem unam minime spectent, et oppositionem, quae fit verbis ἔστι γὰρ καὶ τοῖς ἀνιῶσι τὸ μεθ' ἡδονῆς τινος ἀκούεσθαι et ὅταν δὲ μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν κτέ. Qui igitur de Herodoto hoc iudi-

cium fecit: (De Herod. malign. 43, 5) *γραφικὸς [ὁ] ἀνὴρ καὶ ἡδὺς ὁ λόγος καὶ χάρις ἔπεστι καὶ δεινότης καὶ ὥρα τοῖς διηγήμασι·*

Μῦθον δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς, ἐπισταμένως

μὲν οὔ, λιγυρῶς δὲ καὶ γλαφυρῶς ἠγόρευκεν. (6) *Ἀμέλει ταῦτα καὶ κηλεῖ καὶ προσάγεται πάντας· ἀλλ' ὥσπερ ἐν ᾠδοῖς δεῖ κανθαρίδα φυλάττεσθαι τὴν βλασφημίαν καὶ κακολογίαν, λείοις καὶ ἁπαλοῖς σχήμασιν ὑποδεδυκυῖαν κτέ.*, is haud dubie potius verbis *ἔστι γὰρ καὶ τοῖς ἀνιῶσι τὸ μεθ' ἡδονῆς τινος ἀκούεσθαι* Herodoti Musas tamquam exemplum adscripsisset.

Quae omnia si recte ac merito disputavimus, Lahmeyeri sententia corruit. Nunc vero ad Wyttenbachii sententiam nobis redeundum est, quam iam supra commemoravimus; apud hunc enim haec sunt[46]): rhetorica videntur a iuvene Plutarcho tractata esse: iuveniles item sunt scriptiones Consolatio ad Apollonium et Reprehensio Herodoti.“ Neque magnopere miror, si cui quid commendationis habere ea videantur; primum enim iuvenilis ipsius aetatis vehementia et intemperantia sunt et posterioris atque maturioris aetatis gravitate supprimi solent, tum vero plerique libri, qui quidem etiam nunc extant, vix iuvenili aetate a Plutarcho conscripti sunt[47]), ut difficultas illius permagni discriminis, quod inter hunc libellum et genuinos Plutarchi libros intercedere demonstravimus, facile tolleretur, si viri docti sententiam amplecteremur.

At tamen Wyttenbachio ob id potissimum adstipulari dubito, quod nullum, quantum equidem scio, talis animi

---

46) Animady. in Plut. I, 60. — 47) Cf. Volkmann. l. l. p. 78 „Nachweislich fallen jedoch die meisten Schriften in Plutarchs reifere Lebenszeit und sind nach Domitian geschrieben.“ Orbanus (Litterarisch-historische Skizze über Plutarch' progr. Schleusing. 1849, pag. 9) computatione, quae v. Sullae cap. 21 verbis extremis tamquam fundamento superstructa est, vitas quidem a Plutarcho circa a. 115 p. Chr. n. compositas esse ostendere studet.

conversionis indicium in Plutarchi libris exstat; sane in vitae perpetuitate Plutarchum sibi constitisse ne ego quidem putarim, sed primo Plutarchum doctrina quidem mira imbutum diversis temporibus de uno atque eodem scriptore prorsus contraria iudicia fecisse, tum leges, quae scriptori, nisi in malignitatis vitium incidere vellet, religiose observandae essent, antea ab eo propositas, postea vero ab eo ipso violatas esse quam maxime, denique haec omnia facta esse, quamvis illis locis (quos pag. 14 seqq. in medium protulimus) de priore animi et iudicii diversitate ne unum quidem verbum faciat — mihi persuadere nequeo. Accedunt autem alia; nam iam antea illius libelli auctorem libris conscribendis operam dedisse ex verbis [cap. 21, 2] *περὶ ὧν ἐν ἄλλοις ἀκριβέστερον γέγραπται* [48]) (haud dubie addendum est *ὑπ' ἐμοῦ*) luculenter apparet. Prorsus autem Wyttenbachii sententia corruit, si Lahmeyer recte haec dixerit: „Bene igitur illa [iuvenili] aetate Isocratem propter nimiam studii illius exilitatem reprehendere potuit (De gloria Atheniensium cap. 8; hunc quidem librum a Plutarcho iuvene conscriptum esse inter Bernhardium [49]) et Benselerum[50]) et Lahmeyerum est consensus); praesertim cum ipse sensim denique pedetentimque summum illud, quo postea flagravit, hiatus odium excoluisse apud se videatur“;[51])

48) Haec verba spectant ad Cypselidas, Lygdamin, Pisistratidas, Aeschinem Symmachum, Aulin, Aristogenem, Aristomedem, Angelum; atque Kaltwasser l. l. VI, 441 haec adn.: „Von den hier genannten Fürsten oder Tyrannen finden sich weiter keine Nachrichten, da die Schriften, worauf sich Plutarch (?) beruft, verloren gegangen sind.“

49) Grundriss der röm. Litt. p. 8, 11.

50) L. l. pagg. 405 et 546.

51) L. l. pag. 86. Cf. Schellens pag. 4: „Ut vero consentaneum est, multum scribendo Plutarchum in dies maiorem sibi comparasse hiatus effugiendi habilitatem, ita animadvertere mihi visus sum, illos Plutarchi libros, qui maturiorem referunt provectioremque aetatem, verborum quoque collocatione excellere lenius placidiusque fluente.“

noster enim liber ex eorum numero est, qui paucissimos [52]) hiatus contineant itaque posteriore demum aetate a Plutarcho compositi esse videantur.

Quae omnia cum ita sint, Baehrii causam non deseram, immo hunc libellum a Plutarcho abiudicandum esse persuasum habeo; quis vero eius auctor fuerit, explorare hoc quidem loco omitto.

Denique argumentum restat, quod huic ipsi loco reservavi, quo facilius nunc ad alterum caput transitus fiat. Scriptor enim libelli, qui *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* incribitur, in rebus Aristidis et Themistoclis narrandis vix Herodoto praecipue auctore usus esset [53]); atqui Plutarchum in vitis illorum scribendis multa ex Herodoti libris sine ulla eius obtrectatione, sine ulla criminatione deprompsisse iam Baehrius [54]) contendit. Quod si evinci potest, hoc quoque sententiae nostrae auxilio venit. Itaque nunc ad vitas Aristidis et Themistoclis accedamus primumque quaeramus, quae ratio in bellis Persicis narrandis inter Plutarchum et Herodotum intercedat. Priusquam autem hanc quaestionem instituam, pauca de negligentia vel incuria praefari expedit, qua scriptores Plutarchus exscribebat, nisi eos refutare sibi proposuerat; nam cf. Non posse suaviter vivi sec. Epic. cap. 1 *δεῖ τοὺς λόγους ἕκαστον ὧν ἐλέγχει καὶ τὰ γράμματα μὴ παρέργως διελθεῖν.*

---

52) Cf. Benseler l l. pag. 416; haec est prima Benseleri classis, in qua et vitae numerandae sunt et liber, qui inscribitur *Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον* (cf. pag. 546).

53) Praesertim cum cap. 34, 7 haec exhibeat: *εἶτα πιστεύειν ἄξιον τούτῳ γράφοντι περὶ ἀνδρὸς* (sc. *Ἡροδότῳ*) *ἢ πόλεως μιᾶς, ὃς ἑνὶ ῥήματι τὸ νίκημα τῆς Ἑλλάδος ἀφαιρεῖται καὶ τὸ τρόπαιον καθαιρεῖ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς, ἃ ἔθεντο, παρὰ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Προσ[ηφίᾳ] κόμπον ἀποφαίνει καὶ ἀλαζονείαν*; — 54) Cf. Herod. edit. alterius vol. IV. pag. 481.

CAPUT II.

Iam Frickius omnes antiquos scriptores aeque religiose fontes suos imitatos esse negavit[1]) neque iniuria dixit e. c. Diodorum perquam anxie, multo vero minus anxie Pompeium Trogum ad auctores suos se applicasse. Qua de causa nunc nostrum est quaerere, quid de Plutarchi ratione et usu statuendum sit. Iam vero Ruehlius olim praeceptor meus, Plutarchum in auctoribus exscribendis saepe minus religiosum, quam par esset, se praestitisse arbitratus est[2]), quae sententia non mediocriter hoc insigni exemplo adiuvatur; nam cf.

V. Them. 25: *Θουκυδίδης δέ φησι καὶ πλεῦσαι αὐτὸν* (sc. Themistoclem) *ἐπὶ τὴν ἑτέραν καταβάντα θάλατταν ἀπὸ Πύδνης, οὐδενὸς εἰδότος, ὅστις εἴη, τῶν πλεόντων, μέχρι οὗ πνεύματι τῆς ὁλκάδος εἰς Νάξον καταφερο-*

Thuc. I, 157 *Ὁ δὲ* (sc. Admetus) — *ἀποστέλλει (τὸν Θεμιστοκλέα) βουλόμενον ὡς βασιλέα πορευθῆναι ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν πεζῇ ἐς Πύδναν τὴν Ἀλεξάνδρου. ἐν ᾗ ὁλκάδος τυχὼν ἀναγομένης ἐπ' Ἰωνίας καὶ ἐπιβὰς*

---

1) Cf. ‚Plutarchs Quellen im Leben des Nikias und Alkibiades' 1869, pag. 2: ‚Am meisten Anhalt für die Bestimmung der Quelle gewaehrt Diodor, da er — von eigener Ausschmückung der Erzählung fern, einfach seinen Gewährsmann fast wörtlich ausschreibt — ibid. pag. 3. Trogus hat offenbar mit dem ihm vorliegenden Material viel freier und selbständiger geschaltet.

2) Cf. ‚Die Quellen Plutarchs im Leben des Kimon, 1867, pag. 12: ‚Zudem scheint Plutarch auf strenge Genauigkeit überhaupt wenig gegeben zu haben und keinesfalls schrieb er seine Quellen wörtlich aus. Ein naheliegendes Beispiel dafür bietet die Geschichte der Kleonike (Cim. 6) etc.

μένης ὑπὸ Ἀθηναίων πολιορκουμένην τότε φοβηθεὶς ἀναδείξειεν ἑαυτὸν τῷ τε ναυκλήρῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ· καὶ τὰ μὲν δεόμενος, τὰ δ' ἀπειλῶν καὶ λέγων, ὅτι κατὰηγορήσοι καὶ καταψεύσοιτο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς οὐκ ἀγνοοῦντες ἀλλὰ χρήμασι πεισθέντες ἐξ ἀρχῆς ἀναλάβοιεν αὐτόν καταφέρεται χειμῶνι ἐς τὸ Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὃ ἐπολιόρκει Νάξον. καὶ (ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ) δείσας φράζει τῷ ναυκλήρῳ, ὅστις ἐστὶ καὶ δι' ἃ φεύγει καὶ εἰ μὴ σώσει αὐτόν, ἔφη ἐρεῖν ὅτι χρήμασι πεισθεὶς αὐτὸν ἄγει.

—. Ex Thucydide omnia sua petivit Polyaenus I, 30, 8.

Quos locos adscripsimus, ut primo statim obtutu in oculos incurrat, quanta similitudo inter Plutarchum et Thucydidem intercedat; neque tamen prorsus concinunt, quoniam ille navis gubernatorem quoque commemorat, cuius hic mentionem non facit. Illud vero exemplum elegi, quia Plutarchus ipse illo loco Thucydidem nominat; itaque Ruehlii sententia vix improbanda est. Unde permagnam difficultatem nasci infra demonstrabimus; nunc autem ad Arist. cap. 5, Them. capp. 6—17, Arist. 8—20 transeamus primumque quaeramus, quae ratio inter Plutarchi et Herodoti narrationes intercedat. Itaque cf.

Arist. cap. 5. ἐπεὶ δὲ Δᾶτις ὑπὸ Δαρείου πεμφθεὶς λόγῳ μὲν ἐπιθεῖναι δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δὲ καταστρέψασθαι τοὺς Ἕλληνας, εἰς Μαραθῶνα — κατέσχε — τῶν δέκα καθεστώτων τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ τὸν πόλεμον στρατηγῶν μέγιστον μὲν εἶχεν ἀξίωμα Μιλτιάδης.

Herod. VI, 44 Ἔρετραι μὲν ὦν (Eretria et Athenae) σφι πρόσχημα ἦσαν τοῦ στόλου, ἄταρ ἐν νόῳ ἔχοντες ὅσας ἂν πλείστας δύναιντο καταστρέφεσθαι τῶν Ἑλληνίδων πολίων — Id. V, 102 καὶ Σάρδιες μὲν ἐνεπρήσθησαν (ab Ionibus et Atheniensibus c. 105). — Id. VI, 102 ἐς τοῦτό (sc. Mara-

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

Conf. Nepotis Milt. cap. 4 et Charonis fragm. 2 (Muelleri hist. graec. fragm. vol. I, 32).

Ἐν δὲ τῇ μάχῃ μάλιστα τῶν Ἀθηναίων τοῦ μέσου πονήσαντος καὶ πλεῖστον ἐνταῦθα χρόνον τῶν βαρβάρων ἀντερεισάντων —

thonium campum) *σφι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου. Ἀθηναῖοι δὲ ἐβοήθεον καὶ αὐτοὶ ἐς τὸν Μαραθῶνα. ἦγον δέ σφεας στρατηγοὶ δέκα, τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης.* Id. VI, 113: *καὶ τὸ μὲν μέσον τοῦ στρατοπέδου ἐνίκων οἱ βάρβαροι.*

Quae autem praeterea de Marathonia[3]) pugna Plutarchus hoc loco tradit, ea apud Herodotum non exstant, qua de causa statim ad Themistoclis vitam accedimus.

Them. cap. 6. decem annis praeterlapsis Themistoclem ab Atheniensibus ducem creatum esse Plutarchus narrat, quocum concinit Herodotus (VII, 173 *ἐστρατήγεε δὲ Λακεδαιμονίων μὲν Εὐαίνετος — Ἀθηναίων δὲ Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος*); nec vero reliqua apud hunc sunt[4]).

---

3) De Marathonia regione cf. Finlaium in Transactions of the royal society vol. III, p. 363 seq. de tempore autem Fréretum (Hist. de l'acad. des inscr. XVIII, 134 seqq.), Hermannum (Griech. Monatskunde, 1844, p. 27), Lahmeyerum (l. l. pag. 61), denique de pugna ipsa Campium (De pugna Marathonia, 1867).

4) Arthmii mentionem haud ita raro faciunt oratores Attici, e. c. Demosthenes (Phil. III, pag. 121, 42; De male gest. leg. 428) et Dinarchus (II, 24). — De Epicyde idem Plutarchus tradidit Moral. I, 221. De verbis *ἐπαινεῖται δ' αὐτοῦ . . . ἐτόλμησε χρῆσθαι* Sintenis hunc in modum disputavit (edit. v. Them. 1832 pag. 41): „Rem ipsam quod attinet, quominus ad secundam referamus barbarorum expeditionem, Herodoti impedit testimonium praefracte negantis Xerxem Athenas Spartamque legatos misisse libr. VII, 32 et 133. Iam vero cum Themistoclis illud facinus ad primam Persarum referri nequeat, si quidem id et nexui totius loci repugnat et — reiicitur vel eo, quod Themistoclem ante pugnam Marathoniam ad rem publicam non accessisse pluribus constat veterum quidem scriptorum testimoniis (?), mihi quidem vero simile videtu

Neque dissimila haec sunt:

Them. cap. 7. *Παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς μὲν ἐπιχείρει τοὺς πολίτας ἐμβιβάζειν εἰς τὰς τριήρεις καὶ — ἔπειθεν — ἁπάντων τῷ βαρβάρῳ κατὰ θάλατταν. Ἐνισταμένων δὲ πολλῶν ἐξήγαγε στρατίαν εἰς τὰ Τέμπη μετὰ Λακεδαιμονίων ὡς αὐτόθι προκινδυνεύσων τῆς Θετταλίας οὔπω τότε μηδίζειν δοκούσης. Ἐπεὶ δ' ἀνεχώρησαν ἐκεῖθεν ἄπρακτοι καὶ Θετταλῶν βασιλεῖ προσγενομένων ἐμήδιζε τὰ μέχρι Βοιωτίας.*

Her. VII, 143 seqq. *ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίος ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριών, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης — παρασκευάζεσθαι ὧν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας συνεβούλευε —*

Id. VII, 173 *οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα ἐβουλεύσαντο ἐς Θεσσαλίην πέμπειν — πεζὸν στρατὸν φυλάξοντα τὴν ἐσβολήν. — καὶ ἀπίκετο ἐς τὰ Τέμπεα — Ἔμειναν δὲ ὀλίγας ἡμέρας ἐνθαῦτα —*

Id. VII, 174 *Θεσσαλοὶ δὲ ἐρημωθέντες συμμάχων, οὕτω δὴ ἐμήδισαν προθύμως.*

Verba autem *ἐνισταμένων δὲ πολλῶν* ad contentionem aliquam inter Themistoclem et eius adversarios, qui consilia prudentissimi viri dissuaserunt, referenda sunt; atqui illi *πολλοὶ* minime Herodoti *χρησμολόγοι* (VII, 143) intelligi possunt, quoniam hi Atheniensibus persuadebant, ut omne certamen detrectarent atque urbe relicta in alias regiones sedes suas transferrent, illi vero, ut terrestrium potius copiarum fortitudine et virtute hostes devincere conarentur, Athenienses adhortati esse videntur. Itaque multo propius hoc loco ad Plutarchum accedit Nepos v. Them. 2 et 3 „Themistocles (Atheniensibus) persuasit consilium esse

---

falso hanc rem Themistocli tribui etc.“ Cf. Grotii hist. gr. IV, 428 adn. (edit. 4); Pausanias III, 12, 6 illius caedis auctorem Miltiadem, non Themistoclem nominat. Diodorus quidem haec exhibet (XI, 2) *Ξέρξης — κήρυκας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα προστάξας εἰς πάσας τὰς πόλεις δένδαι καὶ τοὺς Ἕλληνας αἰτεῖν ὕδωρ καὶ γῆν*, sed hoc loco eius testimonium multum valere negarim, quia res ipsa a probabilitate abhorret.

Apollinis, ut in naves se suaque conferrent — huius consilium plerisque civitatibus displicebat[5]) et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida etc."; sane vero illi Plutarchi *πολλοὶ* fuerunt Athenienses (cf. paullo infra v. *μᾶλλον ἤδη τῷ Θεμιστοκλεῖ προσεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τῆς θαλάσσης*) contra Nepos tradit plerisque civitatibus Themistoclis consilium displicuisse. Difficultas igitur quaedam remanet.

Porro quod omnes usque ad Boeotiam Graecos in hostium partes transiisse Plutarchus dicit, id non mirandum est, quia tota fere Phocis ab incolis vacua tum erat (Herod. VIII, 32). Tum cf.

καὶ πέμπεται (Themistocles) *μετὰ νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον τὰ στενὰ φυλάξων. Ἔνθα δὴ τῶν μὲν Ἑλλήνων Εὐρυβιάδην καὶ Λακεδαιμονίους ἡγεῖσθαι κελευόντων, τῶν δ' Ἀθηναίων — οὐκ ἀξιούντων ἑτέροις ἕπεσθαι, συνιδὼν τὸν κίνδυνον ὁ Θεμιστοκλῆς αὐτός τε τὴν ἀρχὴν τῷ Εὐρυβιάδῃ παρῆκε καὶ καταπράϋνε τοὺς Ἀθηναίους.*

Herod. VII, 175 — *ἐβουλεύσαντο —, τὸν δὲ ναυτικὸν στρατὸν πλώειν γῆς τῆς Ἱστιαιήτιδος ἐπὶ Ἀρτεμίσιον.*

Herod. VIII, 2 *τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα παρείχοντο Σπαρτιῆται Εὐρυβιάδεα — οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στράτευμα. Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος πρὶν ἢ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὼν εἴη ἐπιτράπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι.*

---

5) Nipperdeius ad hunc locum haec adnotavit: „Weder die Athener waren gegen den Widerstand zu Lande, noch die anderen Staaten gegen den Widerstand zur See." Utut vero est, neque Nepos hoc loco Herodoto uno auctore usus est neque Plutarchus.

Vides apud Plutarchum Themistoclis unius mentionem fieri; tum ne in temporum quidem rationibus scriptores concinere videntur. Quae vero restaut *ἐπεὶ δὲ ταῖς Ἁφέταις — τοῖς περὶ τὸν Εὐρυβιάδην ἔδωκεν,* cum Herod. VIII, 4 seqq. consentiunt, nisi quod apud Herodotum Graeci non ante, quam Euboeensium pecunias Themistocles cum eorum ducibus communicavit, 200 naves supra Scyathum a barbaris missas esse accipiunt neque cuncta triginta talenta, sed quinque tantum Themistocles Eurybiadi tradit. Ceterum Pelagontis nomen, quod apud Herodotum non exstat, e Phania Lesbio a Plutarcho petitum esse Wolffius suspicatus est (De vita Themistoclis p. 16). — Quod ad proximum (VIII) caput attinet, proelia apud Artemisium commissa haud multum ad summam belli decernendam contulisse ex Herodoti quoque l. VII, 11 et 16[6]) apparet. Similia haec quoque inter se sunt:

Them. c. 9 *Ἰῶν μέντοι περὶ Θερμοπύλας εἰς τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπαγγελθέντων πυθόμενοι Λεωνίδαν τε κεῖσθαι καὶ κρατεῖν Ξέρξην τῶν κατὰ γῆν προσόδων*[7]) *εἴσω τῆς Ἑλλάδος ἀνεκομίζοντο τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ πᾶσι τεταγμένων.*

Herod. VIII, 21 *οὗτος ων ὁ Ἀβρώνιχος ἀπικόμενός σφι ἐσήμαινε τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδην καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ ὡς ἐπύθοντο ταῦτα οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ — ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι.*

In eis autem, quae subsequuntur, Plutarchus ab Herodoto paullulum discedit; quod enim ille praeceptum esse dicit *κακοῦν τὸ βαρβαρικὸν ἐν ταῖς μάχαις καὶ συνταράττειν,* hic omittit tria scribens Themistoclem ab Ionibus pe-

---

6) Verba haec sunt *τοὺς δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἐτεραλκέως ἀγωνιζομένους νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε* et *ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισι ἐγένοντο.*

7) Cf. Diod. XI, 13: *οἱ Ἕλληνες ἀκούσαντες τὰ περὶ Θερμοπύλας γενόμενα, πυθόμενοι δὲ καὶ τοὺς Πέρσας πεζῇ προάγειν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας.*

tiisse, ut aut ad Graecorum partes ipsi transirent aut Persarum ordines relinquerent aut segniter saltem atque ignave pugnarent (*ἐν τῷ ἔργῳ ἐθελοκακέειν*), neque verbis *τοὺς δ'* (sc. *λίθους*) *αὐτὸς ἱστὰς* — simile quicquam exhibet. In reliquis vero, si discedas a verbis *οἱ πολλοὶ χαλεπῶς ἤκουον ἠρία προϊεμένων*, scriptores plane consentiunt; nam uterque tradit Xerxem a Doride in Phocidem progressum omnia flamma devastasse (cf. Herod. VIII, 32), Peloponnesios autem Boeotiae et Atticae custodia neglecta Isthmum muniisse (Herod. VIII, 40).

Them. c. 10 denuo Plutarchus paullulum ab Herodoto dissidet, nam cf.

καὶ καθ' ἡμέραν αὐτῷ (τῷ δράκοντι) προτιθεμένας ἀπαρχὰς εὑρίσκοντες ἀψαύστους οἱ ἱερεῖς ἐξήγγελλον εἰς τοὺς πολλοὺς Θεμιστοκλέους λόγον διδόντος, ὡς ἀπολέλοιπε τὴν πόλιν ἡ θεός.

Herod. VIII, 41, (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *λέγουσί τε ταῦτα καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι*[8]) *ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες. τὰ δ' ἐπιμήνια μελιτόεσσά ἐστι. αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα-τότε ἦν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης — ἐξέλιπον τὴν πόλιν ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυίης τὴν πόλιν.*

Neque tamen similitudo quaedam abest. Tum vero prorsus eadem ratione, qua apud Herodotum, Themistocles celeberrimum illud oraculum apud Plutarchum interpretatur:

διὸ καὶ τὴν Σαλαμῖνα θείαν, οὐχὶ δεινὴν οὐδὲ σχετλίαν καλεῖν τὸν θεὸν, ὡς εὐτυχήματος μεγάλου τοῖς Ἕλλησιν ἐπώνυμον ἐσομένην

Herod. VII, 143: — *λέγων τοιάδε, εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἡπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε „Ὦ σχετλίη Σαλαμὶς“, ἀντὶ „Ὦ θείη“ —*

8) Haec exhibet Photius (Lexic. pag. 274 Lips): *Οἰκουρὸν ὄφιν· τὸν τῆς πολιάδος φύλακα· καὶ Ἡρόδοτος· Φύλαρχος δὲ αὐτοῦ δύο.*

Quae Herodoti verba ad tempus Euboica proelia antecedens referenda esse Wolffius quidem pag. 17 bene monet; nec vero inde sequitur, ut hoc loco Plutarchus Herodotum non consuluerit, quia huius verba *ἔσπευσαν δὲ ταῦτα ὑπεκθέσθαι τῷ χρησηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετέειν* (VIII, 41) illum haud dubie impulerunt, ut illuc recurreret. — Denique de Troezeniorum liberalitate atque Nicegorae plebiscito Plutarchus unus verba fecisse videtur [9]).

Quod ad capitis 11 initium attinet, Aristides apud Herodotum quidem ante pugnam Salaminiam non revocatur; in reliquis autem Plutarchus et Herodotus consentiunt (cum illius verbis huius narrationem hoc loco adscribere longum sit, ipse cf. VIII, 56 seqq. et 71), nisi quod primum ille Eurybiadem Adimanti loco nominat (cf. VIII, 59), tum Herodotus Adimanto id dictum tribuit (VIII, 61), cuius auctorem alter non prodidit, denique nec illud *πάταξον μέν, ἄκουσον δέ* nec quicquam de Eretriensi apud Herodotum exstat.

Them. c. 12 init. narratiuncula occurrit, quae apud Hesychium [10]) quoque, non apud Herodotum est, quippe qui referat metu potissimum, ne Athenienses Graecorum causam desererent permotum Eurybiadem illo tempore pugnae consilium cepisse; tum ne in proximis quidem prorsus concinunt. Neque enim apud Herodotum Sicinnus [11]) ad Xer-

9) Cum extremis capitis verbis cf. Aelian N. A. XII, 35: *Πέπυσμαι . . . κύνας γενέσθαι φιλοδεσπότους, ὡς Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρου. Μετοικιζομένων γὰρ τῶν Ἀθηναίων εἰς τὰς ναῦς ἡνίκα τοῦ χρόνου ὁ Πέρσης τὸν μέγαν πόλεμον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐξῆψε καὶ ἔλεγον οἱ χρησμοὶ ἁῶον εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν μὲν πατρίδα ἀπολιπεῖν, ἐπιβῆναι δὲ τῶν τριήρων. οὐδὲ οἱ κύνες τοῦ προειρημένου ἀπελείφθησαν, ἀλλὰ συμμετῳκίσαντο Ξανθίππῳ καὶ διανηξάμενοι ἐς τὴν Σαλαμῖνα ἀπέβησαν. Λέγεται δὲ ἄρα ταῦτα Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος.*

10) S. v. *γλαυξ ἕπτατο. πρὸ τῆς μάχης ἐν Σαλαμῖνι γλαυκὰ φασιν διαπτῆναι τὴν νίκην προσημαίνουσαν.*

11) Persam hunc natione fuisse Plutarchus tradit, non Herodotus; itaque Bryanus haec adn. „vix credit Dacerius Themistoclem liberis suis

xem ipsum mittitur, sed ad hostium duces (VIII, 75; cum Plutarcho consentit Diod XI, 17 et Polyaen, I, 30, 3) neque ducentae naves apud eum mittuntur, quae Graecos fuga excludant[12]); simillima autem haec sunt:

Τούτων δὲ πραττομένων Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου πρῶτος αἰσθόμενος ἦκεν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Θεμιστοκλέους οὐκ ὢν φίλος, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον ἐξωστρακισμένος, ὥσπερ εἴρηται, προελθόντι δὲ τῷ Θεμιστοκλεῖ φράζει τὴν κύκλωσιν — ἔτι δ' ὅμως ἀπιστούντων ἐφάνη Τηνία (sic Palmerius; codd. *Τενεδία μία*) *τριήρης αὐτόμολος, ἧς ἐναυάρχει Παναίτιος ἀγγελλουσα τὴν κύκλωσιν.*

Herod. VIII, 79: *συνεστηκότων δὲ τῶν στρατηγῶν ἐξ Αἰγίνης διέβη Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος μὲν, ἐξωστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου — οὗτος ὡνὴρ στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον ἐξεκαλέετο Θεμιστοκλέα, ἐόντα μὲν ἑωυτῷ οὐ φίλον, ἐχθρὸν δὲ τὰ μάλιστα·* Id. VIII, 82 *ἀπιστούντων δὲ τούτων ἦκε τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων αὐτομολέουσα, τῆς ἦρχε ἀνὴρ Παναίτιος ὁ Σωσιμένεος, ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν.*

Them. cap. 14 Plutarchus de Atticarum navium numero cum Herodoto (VIII, 44) concinit, in reliquis autem rebus ab eo dissidet.

Them. cap. 15 priore parte quae traduntur, ea, si a mentione mirae illius lucis discedas, apud Herodotum quoque exstant (VIII, 64 et 65); „in eo autem parum religiose auctorem Plutarchus sequitur, quod portenta, quae ille pridie eius diei, quo pugna commissa est, visa esse dicit, in ipsum pugnae Salaminiae diem differt“ (Wolffius p. 19). Tum He-

---

Persam praeficere voluisse et hoc Plutarchum isto loco Herodoti male lecto deceptum referre censet: *πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα*: legebat nempe *τῶν Μήδων ἄνδρα*, quendam ex Medis“. Quam coniecturam denuo nuper Wolffius protulit (De vita Themistoclis Atheniensis 1871 p. 18).

12) Cf. Diod, XI, 17.

rodotus quoque (VIII, 64) Aeacidas commemorat, sed non dilucide dicit ab his potissimum Graecos adiutos esse.

Porro pugna facta [13]) Xerxem aggerem exstruere constituisse, qui usque ad Salaminiam insulam pertineret, etiam Herodotus tradit VIII, 97, sicut Plutarchus in v. Them c. 16; in proximis autem hic ab illo paullulum dissidet, quia Herodotus Themistoclis consilium interscindendi pontis (quo hostes Hellespontum trangressi erant) dissuadentem Eurybiadem facit (VIII, 108), non Aristidem neque ullam Arnacae habet mentionem. C. autem 17 Plutarchus eadem exhibet, quae Herodotus VIII, 93 et 123 seqq., nisi quod ille narrat a Lacedaemoniis Spartam Themistoclem deductum esse, hic vero eum illuc sua sponte [14]) pervenisse; illa enim discrepantia, quam Wolffius p. 20 breviter tetigit, vix multum valet.

Transire nunc licet ad ea, quae exstant Arist. v. capp. 8—20.

Iam primum inter cap. 8 init. et Them. cap. 11 init. atque 12 med. tanta similitudo intercedit, ut ex uno loco in alterum sua Plutarchus transtulisse videatur; de eis vero quae inde a verbis, *‚ἡμεῖς‘ εἶπεν, ὦ Θεμιστόκλεις* etc. subsequuntur, mihi tacendum est, quia similia repperi nusquam. Capitis autem 9 priore parte Phania auctore Plutarchum usum esse luculenter apparet ex Them. c. 13 (fin.); quae vero restant ea simillima rursus sunt Them. c. 16 [15]).

---

13) Iam ante pugnam hostes ad hoc opus agressos esse Ctesias Pers. 26 et Strabo 395 tradunt.

14) Sintenisius quidem haec adn.: „nach Herodot VIII, 124 ging er selbst nach Sparta“.

15) Malina (De fide Polyaeno scriptori strategematum habenda 1869, p. 9) contendit verbis *πέμπει πάλιν Ἀρνάκην εὐνοῦχον* et Them. 12 *ὃν (Σίκιννον) ἐκπέμπει πρὸς τὸν Ξέρξην* inter se repugnantia a Plutarcho referri; at apparet illud *πάλιν* non ad nuntii nomen, sed ad mittendi notionem referendum esse, si quidem ille Arnaces paullulo ante apud Salaminam a Graecis captus erat (*πέμπει τινὰ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνευρὼν Ἀρνακην* Them. c. 16).

Tum quod c. 10 Xerxem 300000 hostium cum Mardonio in Graecia reliquisse Plutarchus scribit, Herodotus cum eo concinit (VIII, 100; cf. Diod. XI, 28 et 30) neque de legatis a Lacedaemoniis Athenas missis dissimilia refert; nam cf.

Λακεδαιμονίοις μὲν ἐκέλευσε φράζειν ὡς οὐκ ἔστι χρυσοῦ τοσοῦτον πλῆθος οὔθ' ὑπὲρ γῆν οὔθ' ὑπὸ γῆν, ὅσον Ἀθηναῖοι δέξαιντο ἂν πρὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. Τοῖς δὲ παρὰ Μαρδονίου τὸν ἥλιον· δείξας „ἄχρι ἂν οὗτος“ ἔφη „ταύτην πορεύεται τὴν πορείαν Ἀθηναῖοι πολεμήσουσί Πέρσαις ὑπὲρ τῆς δεδῃωμένης χώρας καὶ τῶν ἠσεβημένων καὶ κατακεκαυμένων ἱερῶν.“

Herod. VIII, 144: — *ὅτι οὔτε χρυσός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος οὐτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα*[16]).

Id. VIII, 143: *νῦν δὲ ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσιν, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τῇ καὶ νῦν ἔρχεται, μή κοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσι τε συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι καὶ τοῖσι ἥρωσι τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα.*

Neque vero quicquam Herodotus praebet de litteris ad Graecos a Mardonio missis; tum eo a Plutarcho dissidet, quod non complurium legatorum mentionem facit, sed unius Alexandri (VIII, 140). De extrema autem capitis parte Westermannus (De vita et scriptis Plut. commentatio pag. XV.) hunc in modum disputavit: „maiori etiam offensioni est aversus Plutarchi ab Herodoto animus. Scilicet in rebus. Themistoclis et Aristidis exponendis haud raro quidem cum Herodoto consentit ita ut illius historiis usum eum

16) Cf. Diod. XI, 28 *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοῖς βαρβάροις κτέ.*

esse appareat: at praeterquam quod saepius ab eo dissidet, raro tamen ipsum laudat eiusque nomen data opera supprimit (Arist. 10 ubi in re ab Herodoto quoque enarrata Idomeneum testem producit, quin etiam mendacii eum insimulare non dubitat Arit. 19) Haec talia sunt, in quibus auctorem libri *Περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* — facile agnoscas.“ Neque vero scio, an vir doctus hoc quidem loco longe a vero absit, nam ex verbis *ἐν δὲ τῷ φηφίσματι τοῦ Ἀριστείδου πρεσβευτὴς οὐκ αὐτὸς ἀλλὰ Κίμων καὶ Ξάνθιππος καὶ Μυρωνίδης φέρονται* apparet Idomeneum ob id potissimum a Plutarcho nominatum esse, quod Aristidem ipsum ab Atheniensibus ad Lacedaemonios delegatum esse traderet; atqui apud Herodotum haec sunt IX, 7: *Λακεδαίμονα (οἱ Ἀθηναῖοι) ἔπεμψαν ἀγγέλους* — (7) *οἱ γὰρ δὴ Λακεδαιμόνιοι ὄρταζόν τε τοῦτον χρόνον καί σφι ἦν Ὑακίνθια* — (11) *ἐπελθόντες δὲ* (sc. *ἐπὶ τοὺς ἐφόρους*) *ἔλεγον τάδε· „ὑμεῖς μέν, ὦ Λακεδαιμόνιοι — Ὑακινθιά τε ἄγετε καὶ παίζετε καταπροδόντες τοὺς συμμάχους“ — Ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγγέλων οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκου καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους· ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους.* Vides igitur apud Herodotum nullam Aristidis mentionem fieri; quamobrem Plutarchus nihil habebat, quod hoc loco praeter Idomeneum Herodotum nominaret. Quam autem prope ille ad hunc i. e. Plutarchus ad Herodotum accedat, quisque facile intelligit.

C. 11 priore parte quae exstant, ea etiam Herodotus similiter tradit IX, 28 *τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι — Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου*, IX, 19 *Λακεδαιμόνιοι δὲ ὡς ἐς τὸν Ἰσθμὸν — συμμιγέντες δὲ ἐν Ἐλευσῖνι*[17]), IX, 15, *παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον — μέτωπον ἕκαστον*, IX, 36 *οὗτος δὴ τότε τοῖς Ἕλλησι — καὶ τούτῳ καλά*; quae vero restant[18]), nusquam alibi repperi.

17) Plutarchus apud Plataeas demum Athenienses cum Lacedaemoniis coniunctos esse tradit.

18) Inde a verbis *Ἀριστείδου δὲ πέμψαντος εἰς Δελφούς*.

Cum capite 12 concinunt Herod. IX, capp. 26—28; neque tamen ea silentio praeteribo, quibus paullulum Plutarchus et Herodotus inter se differunt. Ille enim unus Aristidem ipsum Tegeatis obloquentem facit, tum his verbis utitur *ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ σύνεδροι καὶ ἡγεμόνες ἀπεδέξαντο τοὺς Ἀθηναίους*, quamquam apud Herodotum haec potius exstant *οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο, Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον Ἀθηναίους ἀξιονικοτέρους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας.*

Quae ex capite 13 discimus, ea apud historiae patrem nobis non occurrunt, sed caput 14 prope accedit ad Herod. IX, 19, *ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο — τοῦ Κιθαιρῶνος*, 20 *Μαρδόνιος δὲ — Μακίστιον καλέουσι*, 21 *κατὰ συντυχίην δὲ Μεγαρέες — Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος*, 22. Simillima autem inter se haec sunt:

Καὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἔκειραν ἐπὶ τῷ Μασιστίῳ καὶ ἵππους καὶ ἡμιόνους οἰμωγῆς τε καὶ κλαυθμοῦ τὸ πεδίον ἐνεπίμπλασαν, ὡς ἄνδρα πολὺ πρῶτον ἀρετῇ καὶ δυνάμει μετά γε Μαρδόνιον αὐτὸν ἀποβαλόντες.

Herod. IX, 24, *Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες καὶ τὰ ὑποζύγια οἰμωγῇ τε χρεόμενοι ἀπλέτῳ, ἅπασαν γὰρ τὴν Βοιωτίην κατεῖχε ἠχὼ ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετά γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου παρά τε Πέρσῃσι καὶ βασιλέϊ.*

A capite 15 proxime Herodoti narratio abest, praeterquam quod Aristidem ipsum non nominat; nam cf. IX, 36, *οὗτος δὴ τότε — καὶ τούτῳ καλά*, 38 *ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλίρεε — συχνούς*, 41 *μέχρι μέν νυν — τῇ ἔδρῃ* atque *ἡ μὲν Ἀρταβάζου γνώμη ἦν — ὑποζυγίοισι*, 45 *ὀλίγων γάρ σφι ἡμερέων λείπεται σιτία*, 42 *ταῦτά σφι εἶπας — ἐσομένης*, 44 *ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς κτὲ*, 45, 46, praecipue autem IX,

38 *ἐπιρρεόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων καὶ γινομένων πλεύνων Τιμηγενίδης κτέ* cum Plutarchi verbis *οἱ δὲ Ἕλληνες ἀεί τινων ἐπιρρεόντων πλείονες ἐγίνοντο.*

Quamquam c. 16 init. Plutarchus ipse Herodotum citat, tamen ab eo dissidet, quoniam in Atheniensium ducum locum, ut haud raro fit, Aristidem unum substituit (cf. IX, 64); neque verba *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι στρατηγοὶ — ἀλλὰ Ἀθηναίων* ab Herodoto mutuatus est, sed in reliquis, si ab transfugis discedas, cum eo concinit (cf. IX, 47, 50, 51).

C. 17 prior pars (usque ad v. *χαίρειν ἐᾶν*) quamvis prope accedat ad Herod. IX, 51—55, tamen inter proxima et Herod. IX, 55 aliquid discriminis intercedit; hoc enim loco Athienses ipsi ad Pausaniam nuntium mittunt, qui sciscitetur, quid se aggredi iubeat. Inde vero a verbis *ἐν τούτῳ δέ* prorsus Plutarchus consentit cum Herod. IX, 58 et 59 (uterque verba *βοῇ* et *ἀναρπασόμενοι τοὺς Ἕλληνας* exhibet, quae apud Plutarchum referenda sunt ad *συντεταγμένην δύναμιν*, apud Herodotum ad barbaros, ut videtur, incompositis ordinibus effuse accurrentes), vix autem quicquam apud historiae patrem reperies, quod simile sit verbis *κατιδὼν γὰρ τὸ γινόμενοι — μὴ δοῦναι τοῖς Ἕλλησι*, quamquam hic quoque tradit IX, 69 ceteros Graecos sero ad pugnam procurrisse, IX, 61 principio Pausaniam haud egregie litasse. Denique Callicratem uterque *κάλλιστον τῶν Ἑλλήνων* appellat, nam cf.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Καλλικράτης ὃν ἰδέᾳ τε κάλλιστον Ἑλλήνων καὶ σώματι μέγιστον ἐν ἐκείνῳ τῷ στρατῷ γενέσθαι λέγουσι, τοξευθεὶς καὶ θνήσκων οὐκ ἔφη τὸν θάνατον ὀδύρεσθαι — ἀλλ' ὅτι θνήσκει τῇ χειρὶ μὴ χρησάμενος.

Herod. IX, 72 *Καλλικράτης γὰρ ἔξω τῆς μάχης ἀπέθανε, ἐλθὼν ἀνὴρ κάλλιστος ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν τότε Ἑλλήνων —, ὃς, ἐπειδὴ ἐσφαγιάζετο Παυσανίης, κατήμενος ἐν τῇ τάξι ἐτρωματίσθη τοξεύματι τὰ πλευρά. καὶ δὴ οἱ μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ἐξενηνειγμένος ἐδυσθανάτεέ τε καὶ ἔλεγε*

πρὸς Ἀρίμνηστον, — οὐμέλειν ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρὶ κτέ.

Quod ad verba ἦν οὖν τὸ μὲν πάθος δεινὸν — ἐν ταῖς τάξεσιν attinet, Lacedaemonios, quamvis summo detrimento ab hostibus afficerentur, tamen, cum Pausanias hostias immolaret, pugnam detrectasse ex Herodoti quoque IX, 61 et 62 apparet.

C. 18 Plutarchi narratio paullo uberior est quam Herodotea, nam cf. IX, 61 ῥᾴξαντες γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι ἀπίεσαν — ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, 62 ταῦτα δ' ἔτι — καὶ διεφθείροντο, 67 καὶ δὴ οὗτοι — ἀποδεξάμενος ἔφευγον. Neque vero apud Herodotum quicquam occurrit, quod simile sit verbis οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τέως μὲν ἠτρέμουν — πεντακισμυρίους οὖσιν.

Sicut c. 19, apud Herodotum quoque Persae prius quam Thebani fugam capessunt (IX, 67); porro similia apud eum exstant de Trophonii oraculo (VIII, 135; v. Steinii notas), quamquam nec Lydi nec saxi quo Mardonius periit, mentionem facit. Denique uterque narrat Thebanos quidem non in amplissima barbarorum castra refugisse (IX, 65 et 67), tum Athenienses Thebanis fugatis ad hostium castra accessisse eaque expugnasse (IX, 70), Persarum autem quadraginta milia Artabazo duce aufugisse (IX, 66); neque vero quicquam Herodotus tradit, quod ad c. 20 prope accedat.

Postquam hactenus Plutarchi narrationem cum Herodoti contulimus, tria fieri solere nunc constat: aut illi cum rebus tum verbis concinunt (cf. Them. 12 fin., Arist. 14, 15, 17) aut rebus tantum prorsus concinunt aut ne his quidem prorsus. Iam vero expedit in memoriam revocari illum, quem supra attulimus, locum (Non posse suaviter vivi sec. Epic. c. 10), unde discas Herodotum permagni a Plutarcho aestimatum esse; quod cum ita sit, nonne illi loci, quibus Plutarchum cum Herodoto et rebus et verbis concinere co-

gnovimus, nobis necessitatem Wolffio assentiendi imponunt, quippe qui Herodoto quoque auctore Plutarchum usum esse censeat? tanta enim est similitudo, ut non statuere liceat eam eo exortam esse, quod hic ab altero sua mutuaretur, qui ipse Herodotum imitatus esset[19]). Paulo autem minus ad persuasionem appositi ei loci sunt, quibus Plutarchus cum Herodoto non verbis, sed rebus tantum concinat; sed ne hic quidem quicquam est, cur hunc illius auctorem fuisse negemus. Nam, prout ei libet, Plutarchus eius verba nunc retinet nunc ab eis plus minusve discedit De eis vero locis, quibus Plutarchus ne rebus quidem prorsus cum Herodoto concinat, ad certum iudicium pervenire vix possumus; illum enim perquam negligenter interdum fontes suos exscripsisse constat (cf. pag. 21)[20]), quamobrem haud semper liquet, utrum Plutarchus illis locis negligentiae accusandus sit an omnino non Herodotum, sed alium scriptorem sequatur. Nam eum non Herodoto uno auctore usum esse luce clarius est, quoniam permulta tradit, quae apud hunc non exstant; itaque Wolffius quidem (pag. 44) existimat ex Atthidographo quodam item multa Plutarchum hausisse. Reprehendendus autem vir doctus mihi videtur, quod Diodori narrationibus neglectis illud sibi persuasit; pauca enim apud hunc sunt, quae ad Plutarchea prope accedunt:

Them. c. 12 *ταῦτα δ' ὁ Ξέρξης ὡς ἀπ' εὐνοίας λελεγ-*	Diod. IX, 17: *εἰθὺς οὖν τὸ τῶν Αἰγυπτίων ναυ-*

19) Postquam hanc rem denuo mecum reputavi, nunc non nego eam esse admodum controversam; fortasse si quis eam sententiam amplectitur, quam supra aspernatus sum, non est reprehendendus.

20) Ad exemplum, quod illic attulimus, accedunt alia, quae minus valere non negarim; e. c. Plutarchus Arist. c. 16 haec verba praebet *ἐν τούτῳ δ', ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, Παυσανίας Ἀριστείδῃ προσέφερε λόγον*, Herodotus autem IX, 46 Aristidis nomen omisit. Praeterea cf. ea, quae Sintenisius adn. ad Them. c. 21 init.

μένα δεξάμενος, ἤσθη καὶ τέλος εὐθὺς ἐξέφερε πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν νεῶν τὰς μὲν ἄλλας πληροῦν καθ' ἡσυχίαν, διακοσίαις δ' ἀναχθέντας ἤδη περιβαλέσθαι τὸν πόρον ἐν κύκλῳ πάντα καὶ διαζῶσαι τὰς νήσους, ὅπως ἐκφύγοι μηδεὶς τῶν πολεμίων.

τικὸν ἐξέπεμψε προστάξας ἐμφράττειν τὸν μεταξὺ πόρον τῆς τε Σαλαμῖνος καὶ τῆς Μεγαρίδος χώρας. τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος τῶν νεῶν ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, προστάξας ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων καὶ ναυμαχίᾳ κρίνειν τὸν ἀγῶνα.

Iam supra (p. 26) negavimus illarum ducentarum navium mentionem apud Herodotum exstare, intelligit igitur unusquisque re vera hoc quidem loco Diodorum propius a Plutarcho abesse, praesertim cum ducentas naves ab Aegyptiis ornatas esse ipse referat (XI, 3)[21]).

Tum cf. Them. c. 14 καὶ τῷ Θεμιστοκλεῖ προσέχουσιν ὡς ὑρῶντι μάλιστα τὸ συμφέρον καὶ ὅτι κατ' ἐκεῖνον ὁ Ξέρξης ναύαρχος Ἀριαμένης ναῦν ἔχων μεγάλην ὥσπερ ἀπὸ τείχους ἐτόξευε καὶ ἠκόντιζε. Τοῦτον μὲν οἶν Ἀμεινίας ὁ Δεκελεὺς καὶ Σωσικλῆς ὁ Πεδιεὺς ὁμοῦ πλέοντες, ὡς αἱ νῆες ἀντίπρῳροι προσπεσοῦσαι καὶ συνερείσασαι τοῖς

cf. Diod, XI. 18 ὁ δὲ ναύαρχος προηγούμενος τῆς τάξεως καὶ πρῶτος συνάψας μάχην διεφθάρη λαμπρῶς ἀγωνισάμενος· τῆς δὲ νεὼς βυθισθείσης ταραχὴ κατέσχε τὸ ναυτικὸν τῶν βαρβάρων.

Diod. XI, 27: οὗτος γὰρ (sc. Ἀμεινίας Ἀθηναῖος ὁ ἀδελφὸς Αἰσχύλου τοῦ ποιητοῦ) τριηραρχῶν πρῶτος ἔμβολον ἔδωκε τῇ ναυαρχίδι τῶν Περ-

21) Cf. Stein. ad. Herod. VIII, 76, „Aeschylus, der Augenzeuge der Schlacht, lässt Pers. 365 zu diesem Zwecke noch ein drittes Geschwader absondern und um Salamis herum in die Bai von Eleusis segeln, um auch die nordwestliche Ausfahrt zu sperren. Es waren die 200 ägyptischen Schiffe (Dio. XI, 17. Plut. Them. 12, vgl. Her. VII, 89, 12). Bei Herodot bleibt dieser Umstand wohl nur zufällig unerwähnt."

χαλκώμασιν ἐνεσχέθησαν, ἐπιβαίνοντα τῆς αὐτῶν τριήρους ὑποστάντες καὶ τοῖς δόρασι τύπτοντες εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον. καὶ τὸ σῶμα μετ' ἄλλων διαφερόμενον ναυαγίων Ἀρτεμισία γνωρίσασα πρὸς Ξέρξην ἀνήνεγκεν.

σῶν καὶ ταύτην κατέδυσε καὶ τὸν ναύαρχον διέφθειρε [22]).

Neque vero Herodotus quicquam narrat nisi Aminiam Pallenensem pugnae initium fecisse (VIII, 84) atque Artemisiae navem insectatum esse (VIII, 39). At dixerit quispiam Plutarchum et Diodorum inter se discrepare, quod Aminias ab hoc *Δεκελεύς* vocetur, ab illo vero Aeschyli poetae frater; nam cum filii patrum demis adscriberentur [23]), Aeschylaus utem poeta Eleusinius esset (cf. vitae Aeschyli c. 1 et schol. ad Aristoph. Ran. v. 913), huius fratrem item Eleusinium, non Decelensem fuisse. Quod cum ita sit G. Hermanno [24]) et Dindorfio [25]) assentior, quippe qui illum Aminiam per errorem pro fratre Aeschyli habitum esse suspicati sint, neque scio, an Plutarchi fonte neglecto de suo Diodorus illud *Ἀθηναῖον τὸν ἀδελφὸν Αἰσχύλου τοῦ ποιητοῦ* addiderit.

---

22) Nihil id valet, quod Plutarchus Aminiae Sosiclem quendam adiunxit; rectissime enim Frickius (l. l. pag. 2) scribit: „Deshalb berechtigt das Fehlen einer Nachricht bei Diodor nie zu einem Rückschluss auf seine Quelle." Ceterum schol. ad Arist. or Panath. III, p. 179 (D) haec exhibet *Σωκλῆς πρῶτος Ἀθηναῖος ἐνέβαλε Πέρσικῇ νηΐ καὶ ἐνεπύγη ὁ ἔμβολος.* — Duncker. (hist. antiqu. IV, 790) suo iure hoc dicit: „Ariamenes bei Plutarch ist aus Achaemenes und Ariabignes zusammengeworfen" (cf. Herod. VII, 97); neque vero scio, quid sibi velint proxima verba „Diodor (XI, 18, 27) verwechselt den Achaemenes und Ariabignes und lässt ihn zu Anfang des Treffens fallen, welches falsch ist etc." quia nec XI, 18, nec XI, 27 ducis nomen exstat.

23) Cf. Schoemann. De comitiis Atheniensium pag. 366.

24) Cf. De choro Eumenidum Aeschyli diss. II, 28 (Opusc. II, 166).

25) Poetae scenii pag. 1 not. 15 (edit. 5.).

Mira autem similitudo, ut hoc praeripiam, intercedit inter c. 22 (fin.) et Diod. XI, 55:

Κόλασις γὰρ οὐκ ἦν ὁ ἐξοστρακισμὸς ἀλλὰ παραμυθία φθόνου καὶ κουφισμὸς ἡδομένου τῷ ταπεινοῦν τοὺς ὑπερέχοντας καὶ τὴν δυσμένειαν εἰς ταύτην τὴν ἀτιμίαν ἀποπνέοντες.

νομοθετῆσαι δὲ ταῦτα (spectant haec ad *ἐξοστρακισμόν*) *δοκοῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι οὐχ ἵνα τὴν κακίαν κολάζωσιν ἀλλ' ἵνα τὰ φρονήματα τῶν ὑπερεχόντων ταπεινότερα γένηται διὰ τὴν φυγήν.*

Restant quidem in Themistoclis vita pauca, quae a Diodori narratione proxime absint, sed ea nunc omitto infra eo rediturus.

Denique Diodorus cum Plutarcho eo concinit, quod memoriae tradidit complures legatos a Mardonio Athenas missos esse[26]) atque Aristide auctore vel suasore Athenienses Megarensibus vehementer ab hostibus apud Plataeas vexatis auxilio venisse[27]).

Neque vero Diodorus unus, sed etiam Iustinus nonnullis locis prope ad Plutarchum accedit; simillima enim inter se sunt:

Them. c. 3 fin. *οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πέρας ᾤοντο τοῦ πολέμου τὴν ἐν Μαραθῶνι τῶν βαρβάρων ἧττων εἶναι, Θεμιστοκλῆς δὲ ἀρχὴν μειζόνων ἀγώνων.*

cf II, 12, 12 Namque Athenienses post pugnam Marathoniam praemonente Themistocle victoriam illam de Persis non finem sed causam maioris belli fore CC naves fabricaverunt.

Tum apud Iustinum quoque (II, 9, 15) sicut in v. Arist.

---

26) XI, 28 et Arist. 10; Herodotus Alexandri unius mentionem facit VIII, 136.

27) XI, 30 et Arist. 15; Herodotus autem haec praebet (IX, 21): *οὐβουλομένων δὲ τῶν ἄλλων Ἀθηναῖοι ὑπεδέξαντο καὶ Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες, τῶν ἐλοχήγεε Ὀλυμπιόδωρος.*

c. 5, Themistocles iam apud Marathona patriae libertatem fortiter armis defendit (tertio loco idem exstare non videtur).

Denique licet conferre II, 12, 2 (Themistocles) „symbolos proponi et saxis proscribi curat etc.“ cum Plutarchi verbis *τοὺς δ'* (sc. *λίθους*) *αὐτὸς ἱστὰς περὶ τὰ ναυλόχα καὶ τὰς ὑδρείας* (Them. c. 9), quibus apud Herodotum quidem nihil respondet (cf. p. 25).

Iam ultimo loco ex Ctesiae reliquiis pauca afferam; sunt haec (edit. Baehrii pag. 70 §. 26.): *ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν ἐλθὼν στενότατον τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡράκλειον καλεῖται, ἐχώννυε χῶμα, πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. βουλῇ δὲ Θεμιστοκλέους Ἀθηναίου καὶ Ἀριστείδου, τοξόται μὲν ἀπὸ Κρήτης προσκαλοῦνται καὶ παραγίνονται· εἶτα ναυμαχία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται ... καὶ νικῶσιν Ἕλληνες καὶ διαφθείρονται Περσικαὶ πεντακόσιαι νῆες καὶ φεύγει Ξέρξης βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ Θεμιστοκλέους* Ctesias igitur Aristidem procul dubio paulo prius quam Herodotus VIII, 79 ad cives redeuntem fecit; atqui Plutarchus haec refert: (Arist. c. 8) *τρίτῳ δ' ἔτει Ξέρξου διὰ Θετταλίας καὶ Βοιωτίας ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν λύσαντες τὸν νόμον ἐψηφίσαντο (οἱ Ἀθηναῖοι) τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον κτέ* atque (Them. c. 11) *γράφει* (sc. Themistocles) *ψήφισμα τοῖς ἐπὶ χρόνῳ μεθεστῶσιν ἐξεῖναι κατελθοῦσι πράττειν καὶ λέγειν τὰ βέλτιστα τῇ Ἑλλάδι μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν.* Itaque his quidem locis Plutarchus a Ctesia prope abesse videtur, quamquam quod ad Aristidem ipsum attinet, ab eo dissidet Them. c. 12, quia hoc loco Herodoto auctore usus est; accedit autem, quod Plutarchus quoque singulis navibus sagittarios impositos fuisse Them. c. 14 tradit. Quae cum ita sint, illud Ctesiae fragmentum omittere nolui, quamquam vix quicquam eo proficimus, quia Plutarchum ex Ctesia ipso sua hausisse veridissimile est[28]).

28) Nam, quod ad graecas res attinet, Ctesiae auctoritatem Plutar-

Postquam igitur ea, quae de bellis Persicis a reliquis scriptoribus similiter referuntur, congessimus, nunc quaerendum est, qui auctores Diodori, Iustini, Nepotis fuerint.

De Diodori fontibus postquam Heynius[29]), quem honoris causa nomino, iam pridem disputaverat, multis annis praeterlapsis Cauer disseruit in libello, qui inscribitur ‚De fontibus ad Agesilai historiam 'pertinentibus' (Vratislaviae 1847), atque „solum Ephorum Diodoro inde a libro XI ad XVI rerum graecarum auctorem fuisse" demonstrare studuit (pagg. 46—57); neque de libris XI—XV diversum iudicium in promptu posuit Volquardsenius, quippe qui haec scribat[30]): „Die Untersuchung über die griechischen Geschichten der Bücher XI—XV kann mit der Vergleichung derselben mit den Fragmenten Theopomps abgeschlossen werden. Was von anderen Historikern, die den in Rede stehenden Zeitraum behandelt haben, Duris, Kallisthenes etc., erhalten ist, zeigt nicht die mindeste Aehnlichkeit mit Diodor. Fasst man mit diesem Resultate, die so häufig und stark hervortretende Uebereinstimmung mit Ephoros und die feststehende Methode Diodors zusammen, so ist es wohl erlaubt, mit der Behauptung zu schliessen, dass alle griechischen Geschichten Diodors aus Ephorus entnommen sind[31])". Quam sententiam Frickius (l. l. pag. 11 seqq.)

---

chus haud ita magni aestimabat atque si eius librum inspexisset, Them. c. 13 init. Phanodemi nomini nomen Ctesiae adiunxisset, quoniam hic idem, quod ille, tradidit (cf. verba, quae supra attulimus).

29) De fontibus et auctoribus historiarum Diodori et de eius auctoritate etc. in Comment. soc. Gotting. V., 3 seqq.; 89 seqq. VII, 3 seqq. 75 seqq.

30) ‚Untersuchungen über die Quellen der Griech. und Sicil. Geschichten bei Diodor, Buch XI bis XVI' 1868 pag. 71.

31) Volquardsenius igitur in eandem coniecturam quam Cauer incidit, quamquam eum huius libellus prorsus fugit. Ceterum Niebuhrius quoque idem suspicatus est (Vorträge über alte Geschichte I, 229); cf. etiam Rohmer. ‚Zu den Geschichtsschreibern der Perserkriege 1863. (pag. II).

haud frustra impugnavit atque in libris XIII et XIV pauca Theopompi vestigia exstare nos docuit[32]); nec vero quisquam est, qui res a Graecis contra Persas gestas enarrantem Diodorum ad Theopompum auctorem se applicasse statuat. Nam obstat cum ratio — illas quidem referre in Theopompi provinciam non cecidit —, tum fragmentum 167 (Müll. hist. gr. fragm. I, 306) a Theone Prog. 2 pag. 17 seq. servatum, quoniam hoc loco illud iusiurandum (quod Diodorus XI, 29 Graecos praestitisse narrat) futile commenticiumque esse Theopompus affirmat. Apparet igitur etiam ea, quae occasione oblata Theopompus de illis rebus libris suis inseruisset, a Diodoro neglecta esse. Vix autem operae pretium fore videtur de libro XI quaestionem denuo instituere, quia nova argumenta non in promptu habeo, ad persuasionem autem vel ea, quae Cauer et Volquardsenius attulerunt, apposita esse mihi[33]) videntur. Omnia igitur, quae a Diodoro similiter atque a Plutarcho referri supra docuimus, ad Ephorum redeunt, nisi iudicii sanitate destituti illorum virorum doctorum sententiam aspernamur. —

In fontibus Pompei Trogi indagandis tum huc tum illuc viri docti acti sunt; nam Heerenius[34]) haec sibi persuasit: „In Atheniensium usque ad Pisistratidarum fugam historia vix aliqud reperies, quod ab aliorum narratione recedat, unde iis diutius immorari non operae pretium foret; in Persicis autem expeditionibus, scriptorem nostrum Herodotum tantum non in omnibus secutum esse apparet“. Contra Creuzer in Ephori fragmentis a M. Marxio a. 1815 editis (pag. IX) hunc in modum disputavit:

---

32) Cf. Stedefeldtium (De Lysandri Plutarchei fontibus 1867, p. 29 seqq.).

33) Wolffius item Volquardsenio assensus est (pag. 10).

34) Comment. de Trogi Pompei eiusque epitomatoris Iustini fontibus etc. in coment. soc. Gotting, XV, p. 234 seqq.

„Iam legas mihi velim, quae ex utroque genere[35]) apud Iustinum exhibentur, haud dubie a Theopompo ducta: (quem quidem in sex prioribus libris expresserat Trogus, hunc item eius breviator Iustinus) veluti copiosum locum de priscis Athenis etc.“ Tum Wolffgartenius[36]) exstitit, qui pag. 43 haec verba exhibet: „etiam Trogo in exponendis bellis Medicis unius Ephori Ἑλληνικά ante oculos fuisse lucide apparet“.

Iam vero Iustin. II, 11 et Diod. XI, 6—12 ad eundem auctorem redire verisimillimum est (cf. Volquards. l. l. pag. 30 seqq. et Wolffgart. l. l. pag. 27 seqq.) neque Iustin. II, 12 aliunde sumptum esse ob id potissimum existimo, quod Iustinus § 10, sicut Diod. XI, 14 imbrium mentionem facit, de quibus nihil est apud Herodotum (VIII, 37). Quae cum ita sint, de Iustin. II. capp. 9—12 Wolffgartenio assentior — vix enim licet capp. 9 et 10 a proximis divellere —, ut ea quoque, quae a Plutarcho similiter atque a Iustino (cf. pag. 34) tradantur, ad Ephorum redire arbitrer.

Restat Cornelius Nepos, cuius de fontibus disputarunt Arnoldus Ekker[37]), Wichersius[38]), Hiselius[39]), Freudenbergius[40]), Rinckius[41]). Iam quod ad Themistoclis vitam attinet, consentiunt quidem de posteriore vitae parte (ipse

---

35) Wolffg. l. l. pag. 10 adn.: „agit illic Creuzer de diversa ratione rebus gestis interponendi fabulas“

36) De Ephori et Dinonis historiis a Trogo Pompeio expressis (Bonnae 1868); pag. 21 seqq.

37) Eius disquisitio critica de fontibus et auctoritate Cornelii Nepotis, quae exstat Actorum novorum soc. Trai. III, 193 seqq., plurimos fugisse videtur.

38) Disquisitio critica de fontibus et auctoritate C. Nepotis (Groningae 1828).

39) Huius libellum quod inspicere non potui, aegre fero.

40) Quaestiones historicae in C. N. vitas; part. I, Coloniae 1839, part. II, Bonnae 1841.

41) Aemilius Probus De excellentibus ducibus ed. Roth. (p. LV. seqq.) Basileae 1841.

enim Nepos dicit se Thucydide duce uti), sed discrepant inter se de parte priore. Nam Ekker concedit quidem Them. capp. 2—4 ex Herodoto fluere potuisse, sed sine dubio inde haec omnia sumpta esse contendere dubitat; „nimirum“ inquit „inter innumera, quae ex utroque auctore conferri possint, loca, vix ullam videas sententiam iisdem prorsus vocabulis expressam nullamque fere historiam eodem ordine eademque ratione relatam.“ Pag. 225 „— haud temere nobis agere videmur, perhibentes Nepotem — uti in illa Pari obsidione (Milt. c. 7) et reliqua Miltiadis vita, sic etiam in ceterorum, quae in hanc aetatem incidunt, rebus Ephori historias principem fuisse fontem summoque studio sectatum fuisse.“ Contra nec Wichersius (p. 26) multa a Nepote ex Herodoto hausta esse dicere dubitavit nec Freudenbergius, quamquam nonnullis locis Nepotem ab Herodoto dissidere intellexerunt. Denique Rinckius (pag. LIX), qui vitas excellentium ducum exterarum gentium non a Cornelio Nepote sed ab Aemilio Probo quodam conscriptas esse sibi persuasit[42]), hunc in modum disputavit: „De Themistocle omnia

42) Incidimus in quaestionem, quae iam permultos viros doctos vexavit; nam fuerunt, qui et exterioribus et interioribus argumentis nisi vitas excellentium ducum exterarum gentium a Cornelio Nepote conscriptas esse negarent. Ex quibus inprimis nominandus est Rinckius, cum a. 1818 librum ediderit, qui inscribitur „Saggio di un Esame critico per restituire ad Emilio Probo il libro de vita excellentium Imperatorum creduto comunemente di Cornelio Nepote“; quae autem hic ad sententiam suam probandam vir doctus attulit, ea omnia fere labefactasse mihi videtur Lieberkühnius — Pohlmannianus (De auctore vitarum, quae sub nomine Cornelii Nepotis feruntur quaestiones criticae 1837), qua de causa nescio, an Rinckius oleum et operam perdiderit; nam ne ea quidem, quibus paucis annis post illius disputationem refutare studuit, ad persuasionem apposita sunt (in Prolegomenis ad Rothianam Aemili Probi editionem). Quia autem omnia, quae ab utroque in medium prolata sunt, hoc loco enarrare longum est, pauca saltem verba faciam de sententiis virorum doctorum, qui post illos eandem quaestionem tetigerunt. — Rothii et Rinckii sententiam inprimis Bernhardius amplexus est (Hist. litt. rom. pag. 666 seq.); contra Nepotem illarum vitarum

quae in nostro legimus, habent Plutarchus in vita Themistoclis, Diodorus, Thucydides; ubi alia narravit, vel temere errasse vel consulto historiam invertisse videtur. Neque negarim rursus Ephorum seu Theopompum a nostro inspectum esse. Namque Theopompus memoriae prodidisse dicitur a Plut. Them. 19 de Themistocle Athenas instaurante, c. 25 de eius fuga, c. 31 de eius victu in Asia et ad

---

auctorem fuisse cum Liberkühnio — Pohlmannio existimaverunt Fleckeisenus (Philologi vol. IV, pag. 34), Lachmannus (Mus. Rhenani vol. II, pag. 144), Nipperdeius (in edit. Nepotis, quae 1849 in lucem prodiit, p. XXXVI, seq.) Madvigius (Opusc. II, 123 adn. 1), Peckius (Jahns Archiv X, 73 seq.), Teuffelius (Hist. litt. roman. pag. 315 seq.). Meyer vero (Zimmermanns Zeitschrift für Alterthumswissensch., 1835 No. 130) et Baehrius (Bericht über die Strassburger Gelehrtenversammlung von 1842; cf. annal. philol. et paedag. 1843, pag. 305—340) ab Aemilio Probo genuinas Nepotis vitas in discipulorum usum circumcisas esse suspicati sunt (cf. Nipperd. edit. pag. XXXVIII). Restat Winkler, qui eandem quaestionem tractavit (Gymnasialzeitung 1865, pag. 431—444 atque ‚De Cornelio Nepote qui putatur eiusque vita Aristidis' 1868); is enim ‚magistrum quendam alterius vel tertii p. Chr. n. saeculi discipulis suis Graecarum literarum rudibus compilasse id opusculum" sibi persuasit (l. l. pag. I). Cuius omnia argumenta in quaestionem vocare cum longum atque vix operae pretium sit — plurima enim ad persuasionem non apposita esse videntur —, contra id unum pauca proferam, quod vel plurimum valere existimet; negat enim Nepotem Hannibalis vitae auctorem fuisse, quia inter se repugnent verba „hic (Hannibal) invictus patriam defensum revocatus bellum gessit contra P. Scipionem" (Hann. c. 6) et ἡμεῖς δὲ Λιβύῃ, Καίσσρι καὶ Νέπωτι πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι (Plut. in comp. Pelop. cum Marc. c. 1). At Plutarchus ipse illis verbis haec adiunxit μεγάλην δὲ αὐταὶ ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποίησαν, ἀλλ' ἔοικε ψευδόπτωμά τι γενέσθαι περὶ τὸν Λίβυν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ἐκείναις; vides igitur ad devincendum Hannibalem Marcelli res gestas non magni momenti fuisse. Qua de causa non mirandum est, quod invictus tamen Hannibal illo loco ab eodem Nepote appellatur; neque enim illud ‚invictus' ad singula proelia referendum est, sed ad summam belli. Itaque Nepotis verba (Hannib. c. 6) et Plutarchi (ἡμεῖς δὲ Λιβύῃ κτέ) minime inter se repugnant, ut vix recte de eis Winkler iudicarit; nihil igitur valet „egregium eius sententiae argumentum."

Ephorum provocat Plutarchus in Them. 27 de congressu eius cum Xerxe."

Ceterum Wolffius (l. l. p. p. 11) de Them. capp. 1—5 hunc in modum disputavit: „prior Cornelianae vitae pars capp. 1—5 cum Diodori narratione de summis rerum congruit, nam uterque scriptor ex eodem fonte hausit, ex Ephoro enim (sic!). — Quanta in universa vita Theopompo[43]) tribuenda sint quaeque ab illo petita Ephori verbis immixta sint, quis iudicet?"

Quid igitur nos de Themistoclis vita statuamus? Iam primum apparet Nepotem duobus celeberrimis scriptoribus (Herodotum et Thucydidem dico) solis auctoribus non usum esse, quoniam nonnulla apud eum sunt, quae ab his quidem non traduntur; tum verisimillimum est magnam vitae Miltiadis partem ad Ephorum redire. Primo enim statim obtutu in oculos incurrit similitudo, quae intercedit inter v. Milt. c. 7 et Ephori fragm. 107:

„Parum insulam opibus elatam ... operibus clausit omnique commeatu privavit, dein vineis ac testudinibus constitutis propius muros accessit. Cum iam in eo esset (Miltiades), ut oppido potiretur, procul in continenti lucus... nescio quo casu ... incensus est. Cuius flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classiariis regis datum. Quo factum est, et

Steph. Byz. s. *Πάρος· νῆσος ..... Ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία τὸ ἀναπαριάζειν, ὡς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ. „Ὁ δὲ Μιλτιάδης τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος ἐπόρθησε. Πάρον δὲ, εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων· ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ*

43) Cf. Ekker l. l. pag. 236; censet enim Nepotem „verosimiliter etiam in Miltiade ceterisque huius aetatis viris, Theopompi Hellenicis et Philippicis usum fuisse."

ut Parii a deditione deterrerentur.'

τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύκονον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δᾶτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας καὶ τὴν πόλιν οὐκέτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν κτέ.''

A quibus longe absunt, quae Herodotus (VI, 132 seq.) refert.

Itaque ego quoque, sicut Ekker, Rinckius, Wolffius suspicor vitae Themistoclis partem ex eodem Ephoro deductam esse, quae coniectura haud mediocriter eo adiuvatur, quod simillima inter se haec verba sunt

Nep. Them. c. 4 De servis suis quem habuit fidelissimum ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis adversarios eius in fuga esse: qui si discessissent, maiore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consectari cogeretur: quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum.

et Iustin. II, 12, 19: per servum fidum Xerxi nuntiat, uno in loco eum contractam Graeciam capere facillime posse. Quod si civitates, quae iam abire vellent, dissipentur, maiore labore ei singulas consectandas.

Nam Ephoro duce hoc quidem loco Pompeium Trogum usum esse iam supra coniecimus.

Neque vero hic longius progrediar, quia de Nepotis fontibus et auctoribus vix ad certum iudicium perveniri potest, quamquam ea, quae viri docti de Ephoro disseruerunt, permagnam probabilitatis speciem prae se ferunt. Quod cum ita sit, Theopompum nunc missum faciam.

Quod autem ad Aristidis vitam attinet, etiam multo mi-

nus liquet, quem Nepos auctorem hic secutus sit; nam Wichersius l. l. p. 31 haec praebet: „In vita Aristidis nostrum cum aliis, Thucydide praesertim, Herodotum ducem habuisse, coniicias, cum hic illius aequalis esset. Singula tamen ex eo petita eo pauciora sunt, quo brevius hanc vitam conscripsit etc.“ Lieberkühnius — Pohlmannianus autem haec scripsit (l. l. p. 128): „In brevissima Aristidis vita quibus fontibus Nepos usus sit, non liquet. De Herodoto enim ac Thucydide, num in hac vita a Cornelio in usum vocati sint, non iniuste dubitatur.“ Rinckius vero vitae auctorem omnia fere ex Plutarchea Aristidis vita hausisse putavit (l. l. pag. LXXII seq.); denique nuper Bergius (Aristides. Erster Theil. Das Leben des Aristides bis zum Abschlusse seines Conflictes mit Themistokles. 1871, pag. 36) ad Theopompum quoque in vita Aristidis Nepotem se applicasse suspicatus est.

Postquam igitur satis de fontibus Diodori Siculi, Pompei Trogi, Cornelii Nepotis dictum est, redeamus ad Plutarchum, qui nonnullis locis ad illos propius quam ad Herodotum accedere supra nobis visus est (cf. pag. 23 et 32—34). Quod si eos Ephorum inprimis secutos esse nostro iure modo coniecerimus, eiusdem vestigia exstare videntur Them. c. 3, 6, 9, 12, 14, 22 et Arist. c. 5, 15 (cf. pag. 23 32—34); cave vero mihi obiicias a Plutarcho nunquam complures fontes simul exscriptos esse. Nam constat eum saepe primario fonti pauca aliunde petita addidisse[44]); qua de

44) E. c. Sauppius de v. Periclis capp. 25—28 hunc in modum disputavit (Act. societ. litt. Gotting. vol. XIII, pag. 10): „Und dass diese einfachen Angaben nicht etwa nur, weil dieselben Sachen erzaehlt werden mussten, mit Thucydides dem Inhalte nach übereinstimmen, sondern unmittelbar auf Thucydides zurückweisen, zeigt die Gleichheit keineswegs ganz gewöhnlicher Wendungen — spectant haec ad sex tantum enuntiationes capp. 25—28 —. Plutarch hat Thucydides dennoch nirgends genannt, aber die Worte c. 28: *ὠμότητα — ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν οὔτ' Ἔφορος οὔτ' Ἀριστοτέλης* geben hinreichende Andeutung, wel-

causa Wolffius, quod ad Them. capp. 7—17 attinet, ob id unum reprehendendus mihi videtur, quod Diodori, Iustini, Nepotis narrationes prorsus neglexit. Iam vero forsitan quispiam cum Wolffio dixerit ea saltem, quae nondum in quaestionem vocata sint, ab atthidographorum indole minime abhorrere: sunt enim haec: Them. c. 11 *ταῦτά τε δὴ μεγάλα — μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν* (ad certum saltem iudicium de his verbis supra non pervenimus, cf. pag. 35), 12 *λέγεται δ' ὑπό τινων — ἐπικαθίζουσαν* (cf. pag. 26), 14 *ἑκάστη τοῦς ἀπὸ τοῦ καταστρώματος — προσφερομένοις* (cf. pag. 35), 16 *Θεμιστοκλῆς δ' ἀποπειρώμενος κτέ*, Arist. c. 5 fere totum [45]), 11 *Ἀριστείδου δὲ πέμψαντος κτέ*, 13, 16 *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων — Μιλτιάδου δοκῇ καὶ τύχης ἀλλὰ Ἀθηναίων*, 17 *ἔνιοι δέ φασι κτέ*, 19 *ἔδοξεν ὑπηρέτην τινὰ — τὸν ἄνθρωπον* atque *τῶν δ' ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος — καὶ τριακόσιοι*, 20. Quae omnia nec apud Herodotum, nec apud Diodorum nec apud Iustinum nec apud Nepotem exstant, unde non sequitur, ut Ephorus non similia rettulerit; duobus enim tantum locis Plutarchus et Diodorus inter se discrepant. Cf.

Them. 16 *ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔδοξε, πέμπει (Θεμιστοκλῆς) τινὰ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνευρών, Ἀρναχην ὄνομα, φράζειν βασιλεῖ κελεύσας, ὅτι κτέ.*

et Diod. XI, 19: *τὸν παιδαγωγὸν τῶν ἰδίων υἱῶν ἀπέστειλε (ὁ Θεμιστοκλῆς) πρὸς τὸν Ξέρξην δηλώσοντα, διότι κτέ* Nam Themistoclis liberorum praeceptori nomen erat Sicinno (Herod. VIII, 75 et 110).

Arist. 19 *τῶν δ' ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀγωνισαμένων ἔπεσον*

Diod. XI, 33: *τοιοῦτον δὲ πέρας τῆς μάχης λαβούσης,*

ches die Hauptquellen (plurali numero usus est!) seien, aus denen er die Geschichte des samischen Zuges genommen. Bei allem dem also, was zu den 6 aus Thucydides stammenden Saetzen hinzugefügt ist, werden wir, wenn nicht für einzelnes der Gewährsmann genannt ist, an Ephoros oder Aristoteles zu denken haben."

45) Cf. Berg. pag. 37; metuo, ne vir doctus a vero aberret.

οἱ πάντες ἐπὶ χιλίοις ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι. (Cf. Herod. IX. 70).

20 ἐκ τοίτου τῶν Ἀθηναίων τὸ ἀριστεῖον κτέ.

οἱ μὲν Ἕλληνες τοὺς πεσόντας ἔθαψαν ὄντας πλείους τῶν μυρίων, διελόμενοι δὲ τὰ λάφυρα κατὰ τὸν στρατιωτῶν ἀριθμὸν τὴν περὶ τῶν ἀριστείων κρίσιν ἐποιήσαντο, καὶ χάριτι δουλεύσαντες ἔκριναν ἀριστεῦσαι πόλιν μὲν Σπάρτην, ἄνδρα δὲ Παυσανίαν τὸν Λακεδαιμόνιον.

Itaque verisimillimum mihi videtur, tertio quoque scriptore Plutarchum auctore usum esse; neque vero liquet, utrum illa omnia (cf. pag. 41) ad hunc unum redeant an partim ad hunc partim ad Ephorum, neque scio, quis ille fuerit. Utut autem est, evicisse mihi videor inprimis Herodotum et Ephorum[46]) Plutarchi auctores fuisse.

Nunc autem ad posteriorem Themistoclis vitae partem transeamus.

De cap. 18 cum Wolffio faciam, quippe qui florilegium quoddam a Plutarcho hoc loco compilatum esse suspicetur (pag. 28); ceterum eadem dicta aliis quoque Plutarcheis locis occurrunt, cf. Praec. ger. reip. 13 (Moral. II, 987), Apoph. Reg. et Imper. (Moral, I, 222), Quaest. Roman. c. 25 Moral. I, 333), Apoph. Reg. et Imper. (Moral. I, 222).

Quod autem ad cap. 19 attinet, Thucydides quidem I, 89 seqq. similia exhibet, sed tamen solus Plutarchi auctor fuisse nequit, quia ille Polyarchi mentionem non fecit; tum vero ne Diodori quidem narratio a Plutarchi longe abest nam cf.

Them. 19 γενόμενος δ' ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων εὐθὺς ἐπεχείρει τὴν πόλιν οἰκοδομεῖν καὶ τειχίζειν ὡς

et Diod. XI, 39: εὐθὺς δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐπεχείρησαν (sc. Athenienses) τειχίζειν — Λακεδαιμόνιοι δὲ — διέ-

46) Aliis quoque locis saeqe Plutarchum ad Ephorum se applicasse inter omnes constat.

μὲν ἱστορεῖ Θεόπομπος χρήμασι πείσας μὴ ἐναντιωθῆναι τοὺς ἐφόρους, ὡς δ' οἱ πλεῖστοι παρακρουσάμενος. ἦκε μὲν γὰρ εἰς Σπάρτην ὄνομα πρεσβείας ἐπιγραψάμενος ἐγκαλούντων δὲ τῶν Σπαρτιατῶν, ὅτι τειχίζουσι τὸ ἄστυ καὶ Πολυάρχου κατηγοροῦντος ἐπίτηδες ἐξ Αἰγίνης ἀποσταλέντος ἠρνεῖτο καὶ πέμπειν ἐκέλευσεν εἰς Ἀθήνας τοὺς κατοψομένους.

γνωσαν κωλύειν τοὺς Ἀθηναίους ἀνοικοδομεῖν τὰ τείχη — Θεμιστοκλῆς ἐν ἀπορρήτοις δὲ τῇ βουλῇ προεῖπεν, ὡς αὐτὸς μὲν μετά τινων ἄλλων πορεύσεται πρεσβευτὴς εἰς Λακεδαίμονα — οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα πρέσβεις προήγαγον εἰς τὴν Σπάρτην οἱ Ἀθηναῖοι — ᾠκοδόμουν τὰ τείχη — παραδόξως δὲ τῶν ἔργων ἀνυσομένων — ὁ μὲν Θεμιστοκλῆς ἀνακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ ἐπιτιμηθεὶς περὶ τῆς τειχοποιΐας, ἠρνήσατο τὴν οἰκοδομίαν καὶ παρεκάλεσε — ἀποστέλλειν πρέσβεις ἀξιοπίστους εἰς τὰς Ἀθήνας — πεισθέντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἀπέστειλαν τοὺς ἐπιφανεστάτους κατασκεψομένους.

Itaque nescio, an illa c. 19 pars ad Ephorum redeat (cf. Wolff. pag. 44); quod enim Diodorus quoque Polyarchum omisit, nullius momenti est (cf. pag. 33 n. 21). Unde vero reliqua inde a verbis ἐκ δὲ τούτου τὸν Πειραιᾶ Plutarchus hauserit, nondum perspectum habeo; neque enim apud Diodorum similia reperies, accedit autem, quod c. 20 fontem Ephorum non fuisse certum est. Nam discrepant inter se Diodorus et Plutarchus:

τῶν δὲ Ἀθηναίων Ἀριστείδῃ φράσαι μόνῳ[47]) κελευόντων

et Diod. XI, 42: διόπερ ἠξίου τὸν δῆμον δύο ἄνδρας προχει-

47) Cf. Arist. 22; Cicer. De officiis III, 11.

κἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ περαίνειν. ρισάμενον οἷς ἂν μάλιστα πιστεύσῃ τούτοις ἐπιτρέπειν περὶ τοῦ πράγματος. πεισθέντος δὲ τοῦ πλήθους ὁ δῆμος εἵλετο δύο ἄνδρας, Ἀριστείδην καὶ Ξάνθιππον κτέ.

Qua de causa vix iure Wolffius suspicatus est (pag. 44) etiam c. 20 ex Ephoro fluxisse.

Nunc autem statim ad cap. 23 transire licet, quia c. 21 auctores Plutarchus ipse nominat, de capite autem 22, si discedas ab exstremis verbis (cf. pag. 34) nihil habeo, quod proferam.

Iam primo capiti 23 Ephori fragmentum apponamus, quod Wolffium fugit:

Ὁ γὰρ Παυσανίας πράττων ἐκεῖνα δὴ τὰ περὶ τὴν προδοσίαν πρότερον μὲν ἀπεκρύπτετο τὸν Θεμιστοκλέα, καίπερ ὄντα φίλον· ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπτωκότα τῆς πολιτείας καὶ φέροντα χαλεπῶς, ἐθάρσησεν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῶν πραττομένων παρακλεῖν, τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ καὶ παροξύνων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὡς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους.

Ps.—Plut. De Herod. malign. 5: πολλοὶ δὲ ὅλως τὰ χείρονα παραλείπουσιν, ὥστε ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπών, ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἀνέγνω καὶ τὰ πρασσόμενα πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγούς· ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, φησὶν, οὐδὲ προσεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος ἐπὶ τὰς ἐλπίδας.

Tum quae inde a verbis ἐκπεσόντος δὲ — κριθησόμενον αὐτὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν subsequuntur, simillima sunt eis, quae exstant Diod. XI, 55[48]) (cf. Wolff. p. 35); illud autem οὐ

48) Diodori verba καὶ γὰρ ἐκ τῆς προγεγενημένης ἀπολογίας ἐν ταῖς Ἀθήναις ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους ἀφορμὰς. εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς

μὴν ἀλλὰ συμπεισθεὶς ὑπὸ τῶν κατηγορούντων ὁ δῆμος ἔπεμψεν ἄνδρας, οἷς εἴρητο συλλαμβάνειν καὶ ἄγειν — αὐτόν prope abest a Thucydidis verbis *οἱ δὲ πεισθέντες — πέμπουσι μετὰ Λακεδαιμονίων ἄνδρας οἷς εἴρητο ἄγειν ὅπου ἂν περιτύχωσιν* (I, 135). Neque vero Thucydides neque Diodorus Leobotam Themistoclis accusatorem[49]) nominat; lexicon quidem rhet. ad calc. Photii pag. 667 haec praebet: *συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου [λεγομένοις], ὅτι Θεμιστοκλέα εἰσήγγειλε κατὰ Κράτερον Λεωβότας Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν*, sed Diodori silentium non obstat, quominus Leobotae mentionem ad eundem Ephorum redire statuamus.

Capitis autem 24 prior pars proxime accedit ad Thucyditis l. I, cap. 136; illic enim haec sunt verba *προαισθόμενος δ' ἐκεῖνος εἰς Κέρκυραν διεπέρασεν οὔσης αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν εὐεργεσίας . . . καὶ διωκόμενος . . . ἔρριψεν αὑτὸν εἰς ἐλπίδας χαλεποὺς καὶ ἀπόρους καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον . . . . . ἔνιοι μὲν οὖν Φθίαν τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως λέγουσιν ὑποθέσθαι τῷ Θεμιστοκλεῖ τὸ ἱκέτευμα τοῦτο καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίσαι μετ' αὐτοῦ*, apud Thucydidem autem haec: *ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος φεύγει — ἐς Κέρκυραν ὧν αὐτῶν εὐεργέτης . . . . καὶ διωκόμενος . . . ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον — καταλῦσαι. καὶ*

τὴν ὕστερον γενομένην κατηγορίαν κτἑ, quis est qui plane intelligat? Optime autem omnia se habent, dummodo Plutarchi testimonio nisus (Them. 23) mecum statuas apud Pausaniam epistulas deprehensas esse, quibus Themistocles, quippe qui antea purgandi sui causa admodum acrem se Pausaniae dissuasorem fuisse affirmasset, mendacii convinceretur. Quamobrem tale quid, quale Plutarchs narret (*οὕτω δὴ τοῦ Παυσανίου θανατωθέντος κτἑ*) apud Diodorum excidisse arbitror — fortasse ante c. 56 initium, ut Wesselingius olim suspicatus est.

49) Cf. Grotium (h. graec. V, 381, n. 1): „The indictement stated by Plut. to have been preferred against Themistocles by Leobôtas — probably relates to the first accusation, at which Them. was requitted." Aliter vero iudicarunt Kutorga (Mémoire sur le parti Persan etc. p. 22) et Curtius (h. gr. II, 126 ed. 2).

ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν, ὁ δὲ τῆς γυναικὸς ἰκέτης γενόμενος διδάσκεται ὑπ αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. Sed verba γενόμενος γὰρ αὐτῶν κριτὴς — ἀμφοτέρων ἄποικον tum δεηθεὶς δέ τι τῶν Ἀθηναίων — ιιμωρησόμενος Plutarchus ex Thucydide petere non potuit. — Iam Wolffius de capp. 22—24 hunc in motum disputat (p. 24), ut „eorum unum fuisse auctorem, qui multa a Thucydide mutuatus esset[50]), statuere malit quam credere Plutarchum Thucydidis narrationem brevissimam alterius scriptoris verbis tamquam effarsisse"; ille autem Plutarchi auctor Ephorus fuisse ei videtur. At nescio, quid obstet, quominas Plutarchum ipsum hoc loco pauca ex Thucydide quoque hausisse arbitremur; uno enim loco permagna similitudo inter hos intercedit (cf. pag. 44), tum vero Plutarchum aliis quoque locis primario fonti pauca aliunde petita addidisse constat (cf. pag. 41 n. 43). Quod autem ad Ephorum attinet, ego quoque persuasum habeo in capp. 22 (fin.) — 24 Plutarchum hoc potissimum auctore usum esse; nam et Ephori fragmentum et Diodori narrationem ad ea prope accedere supra demonstravimus[51]). Restat vero argumentum, quod nonnihil valere censeo; cur enim Plutarchus in c. 25 Thucydidem nominat? procul dubio, qui est eius mos, eum ob id potissimum nominavit, quod apud primarium eius auctorem alia eaque minus probabilis narratio exstabat. Atqui Ephorum re vera illo quidem loco a Thucydide dissedisse ex Diod. XI, 56 colligi potest.

De eis, quae subsequuntur, capitibus Wolffius haec disseruit (pag. 41): „alterius utrius (sc. aut Phaniae aut Neanthis) narrationem arbitror a Plutarcho capp. 26, 28, 29,

50) Ephorum enim permulta ex Thucydidis libris hausisse Colmannus demonstravit (De Diodori Siculi fontibus diss. inaug. 1869, cap. I).

51) Haec verba non quidem in c. 24 quadrant, sed tamen eius auctores Thucydidem et Ephorum fuisse arbitror; Diodori enim silentium nullius momenti est (XI, 56).

30, 31 (init.) propositam esse, nisi fortasse de Charonis Lampsaceni libro *Περσικά* inscripto cogitari licet"; certe inde a cap. 26 scriptor non Ephorum sequi videtur (Plutarchus enim et Diodorus — XI, 56 — paullulum inter se discrepant hospitis nomine), sed ne ego quidem certo scio, ad quem auctorem hac vitae parte se applicaverit. Neque enim quidquam Phylarchi fragmento 21 proficimus, quod apud Suidam est: *Τιάρα κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. Καὶ Δημάρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς δὴ μετὰ Ξέρξου ἦλθεν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐπί τινος εὐημερίας συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασιλέως, ὃ θέλει αἰτήσασθαι, ᾐτήσατο ἐν ὀρθῇ τῇ τιάρᾳ εἰς Σάρδεις εἰσελάσαι, ὡς Φύλαρχος ἐν ἐνδεκάτῳ. Ἰὸ δ' αὐτό φασιν εἶναι καὶ κίθαριν κτέ,* quamquam idem a Plutarcho traditur Them. c. 30. Fortasse capitum 26 et 28—30 fons fuit Phanias, qui hac vitae parte bis (c. 27 et 29) nominatur.

De capite autem 31 disputanti (pag. 37) Wolffio afferenda fuerunt haec Ciceronis verba (Brutus c. 11): ‚Concessum est rhetoribus ementiri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius. Ut enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. Nam quem Thucydides tantum mortuum scripsit et in Attica clam humatum, addidit fuisse suspicionem, veneno sibi conscivisse mortem, hunc isti aiunt, cum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera et eo poto mortuum concidisse." Nemo sane scire potest, quorum in libris Plutarchus ipse hanc fabulam[52]) legerit.

De c. 32 nihil habeo, quod proferam.

---

52) Apud Aristophanem quoque ea exstat; nam cf. Equit. 80 seqq.:
80. *ΝΙ. κράτιστον οὖν μοῖν ἀποθανεῖν. ΔΗ. ἀλλὰ σκόπει.*
81. *ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα.*
82. *ΝΙ. πῶς δῆτα πῶς γένοιτ' ἂν ἀνδρικώτατα;*
83. *βέλτιστον ἡμῖν, αἷμα ταύρειον πιεῖν·*
84. *ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.*

Restant Them. capp. 1—5, 19 (inde a verbis *ἐκ δὲ τούτου*), 20 Arist. 1—4, 6, 7, 21—27; quae ad quos auctores referenda sint, nondum perspectum habeo. Wolffius quidem in c. 1 et 2 Plutarchum atthidographis ducibus usum esse suspicatur (cf. pag. 43), sed cum argumentatio eius tota eo redire videatur (nam obiter tantum hanc quaestionem tetigit, cf. pag. 41), ut talia illorum praecipue indoli convenire dicat, ea ad persuasionem non apposita est. Tum Bergius (Aristides. Erster Theil pag. 22 et pag. 36) sibi persuasit Arist. c. 1—4 ad Idomeneum, capp. autem 5 (cf. supra p. 41 n. 42) et 7 ad Theopompum redire, quae sententiae, quod ad c. 7 attinet, a probabilitate non abhorrere videtur; certe nunc nihil habeo, quod obloquar. Fortasse ad quaestionem, quae spectat ad illa capita, olim revertar, cum intellexero, utrum Riesius de Thepompi ingenio et indole recte iudicarit (Annal. philol. et paedag. vol. 101, p. 673 seqq.) necne. Itaque pauca tantum nunc addam.

Versus, qui Them. c. 1 leguntur, in Amphicratis quoque libro *Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν* exstitisse Athenaeus (XIII, 576 C.) testatur; tum vero quod ad proximum caput attinet, Themistoclis illud celeberrimum dictum (*ὅτι λύραν μὲν ἁρμόσασθαι καὶ μεταχειρίσασθαι ψαλτήριον οὐκ ἐπίσταται, πόλιν δὲ μικρὰν καὶ ἄδοξον παραλαβὼν ἔνδοξον καὶ μεγάλην ποιήσασθαι*) Ion memoriae tradiderat (cf. Cimonis c. 9). In verbis autem *Μέλισσος μὲν ἀντεστρατήγει πολιορκοῦντι Σαμίους* Aristotele auctore Plutarchus usus est, quippe qui Pericl. c. 26 haec verba exhibeat, *ὑπὸ δὲ τοῦ Μελίσσου καὶ Περικλέα φησὶν αὐτὸν Ἀριστοτέλης ἡττηθῆναι ναυμαχοῦντα πρότερον;* tum illa de patris abdicatione fabula, quae Plutarcho displicuit, apud Nepotem quoque occurrit Them. c. 2[53]) „qui (Themistocles) cum minus esset probatus parentibus, quod et liberius vivebat et rem fami-

53) Cf. Aelian. V. H. II, 12 et Valer. Maxim. VI, 9, 2. Ceterum cf. Rühl. in Fleckeis annal. philol. et paedag. 1868 p. 661, n. 4.

liarem neglegebat, a patre exheredatus est", de quibus verbis Nipperdeius (in Nepotis edit. quae a. 1849 in lucem prodiit, pag. 17 seq.) hunc in modum disputavit: „Einige Schriftsteller berichten, er sei von seinem Vater verstossen worden, was in Athen nach richterlichem Spruche in der Art geschehen konnte, dass der Vater jeglicher Verbindung und Verpflichtung dem Sohne gegenüber enthoben wurde. Dies hiess *ἀποκήρυξις* —. Das römische Recht kannte eine solche Verstossung mit rechtlichen Folgen nicht und der lateinische Ausdruck dafür abdicare scheint erst durch die Rhetorenübungen in den letzten Jahren des Nepos verbreitet worden zu sein. Er hat also dafür Enterbung substituirt, welches die hauptsächlichste Folge der *ἀποκήρυξις* war".

Inter Them. 20 et Arist. 22 permagna similitudo intercedit:

Θεμιστοκλῆς δὲ καὶ μεῖζόν τι περὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως διενοήθη. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τῶν Ἑλλήνων στόλος ἀπηλλαγμένου Ξέρξου κατῆρεν εἰς Παγασὰς καὶ διεχείμαζε δημηγορῶν ἐν τοῖς Ἀθηναίοις ἔφη τινὰ πρᾶξιν ἔχειν ὠφέλιμον μὲν αὐτοῖς καὶ σωτήριον, ἀπόρρητον δὲ πρὸς τοὺς πολλούς. Τῶν δὲ Ἀθηναίων Ἀριστείδῃ μόνῳ φράσαι κελευόντων κἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ περαίνειν, ὁ μὲν Θεμιστοκλῆς ἔφρασε τῷ Ἀριστείδῃ τὸ νεώριον ἐμπρῆσαι διανοεῖσθαι τῶν Ἑλλήνων, ὁ δ' εἰς τὸν δῆμον παρελθὼν ἔφη, τῆς πράξεως, ἣν διανοεῖται πράττειν ὁ Θεμιστοκλέους δὲ πρὸς τὸν δῆμον εἰπόντος, ὡς ἔχει τι βούλευμα καὶ γνώμην ἀπόρρητον, ὠφέλιμον δὲ τῇ πόλει καὶ σωτήριον ἐκέλευσαν Ἀριστείδην μόνον ἀκοῦσαι καὶ συνδοκιμάσαι. Φράσαντος δὲ τῷ Ἀριστείδῃ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὡς διανοεῖται τὸν νανσταθμον ἐμπρῆσαι τῶν Ἑλλήνων, οὕτω γὰρ ἔσεσθαι μεγίστους καὶ κυρίους ἁπάντων τοὺς Ἀθηναίους, παρελθὼν εἰς τὸν δῆμον ὁ Ἀριστείδης ἔφη τῆς πράξεως, ἣν Θεμιστοκλῆς πράττειν διανοεῖται μήτε λυσιτελεστέραν ἄλλην μετ' ἀδικώτεραν εἶναι. Ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ Ἀθη-

μιστοκλῆς μηδεμίαν εἶναι μήτε λυσιτελεστέραν, μητ' ἀδικωτέραν. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι διὰ ταῦτα παύσασθαι τὸν Θεμιστοκλέα προσέταξαν.

Tum v. Aristidis caput proximum simillimum est v. Cimonis c. 6.:

ἐπεὶ δὲ στρατηγὸς ἐκπεμφθεὶς, μετὰ Κίμωνος ἐπὶ τὸν πόλεμον ἑώρα τόν τε Παυσανίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας τῶν Σπαρτιατῶν ἐπαχθεῖς καὶ χαλεποὺς τοῖς συμμάχοις ὄντας, αὐτός τε πρᾴως καὶ φιλανθρώπως ὁμιλῶν καὶ τὸν Κίμωνα παρέχων εὐάρμοστον αὐτοῖς καὶ κοινὸν ἐν ταῖς στρατείαις ἔλαθε τῶν Λακεδαιμονίων οὐχ ὅπλοις οὐδὲ ναυσὶν οὐδ' ἵπποις, εὐγνωμοσύνῃ δὲ καὶ πολιτείᾳ τὴν ἡγεμονίαν παρελόμενος. Προσφιλεῖς γὰρ ὄντας τοὺς Ἀθηναίους τοῖς Ἕλλησι . . . . . ἔτι μᾶλλον ἡ Παυσανίου πλεονεξία καὶ βαρύτης ποθεινοὺς ἐποίει. Τοῖς γὰρ ἄρχουσι τῶν συμμάχων ἀεὶ μετ' ὀργῆς ἐνετύγχανε καὶ τραχέως κτέ.

Cim. 6 Ἔπειτα Παυσανίου τοῖς μὲν βαρβάροις διαλεγομένου περὶ προδοσίας καὶ βασιλεῖ γράφοντος ἐπιστολὰς, τοῖς δὲ συμμάχοις τραχέως καὶ αὐθαδῶς προσφερομένου καὶ πολλὰ δι' ἐξουσίαν καὶ ὄγκον ἀνόητον ὑβρίζοντος, ὑπολαμβάνων πρᾴως τοὺς ἀδικουμένους καὶ φιλανθρώπως ἐξομιλῶν, ἔλαθεν οὐ δι' ὅπλων τὴν Ἑλλάδος ἡγεμονίαν, ἀλλὰ λόγῳ καὶ ἤθει παρελόμενος. προσετίθεντο γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν συμμάχων ἐκείνῳ τε καὶ Ἀριστείδῃ.
Cim. 5 (Κίμων) εὐάρμοστος ὢν καί προσφιλὴς τοῖς πολλοῖς.

Eisdem igitur laudibus hic Cimon, illic Aristides a Plutarcho effertur; tum enim munerum communione coniuncti erant. Atqui Ruehlius (l. l. pag. 54) vitae Cimonis

capp. 5 et 6 a Theopompo Plutarchum mutuatum esse suo iure existimat, quamobrem nec Arist. 23 nec Arist. c. 22, quippe quod cum proximo capite arcte cohaereat, nec Them. c. 20 aliunde eum petiisse putarim.

Sed hic subsistamus; nam quae de reliquis vitarum partibus mihi persuasi, ea non tam prope ad verisimilitudinem accedunt, ut digna mihi videantur, quae iam nunc ex scrinii latebris in lucem prodeant.

VITA.

Natus sum Carolus Albinus Haebler in Lusatico pago, cui nomen est Gross-Schoenau, anno MDCCCL die XXVII. m. Octobr., patre Carolo Friderico et matre Iulia ex gente eadem. Fidei adscriptus sum evangelicae. Postquam inde ab anno MDCCCLXIV gymnasium, quod Dresdae est ad aedem S. Crucis, per V annos rectoribus Kleeio et Hultschio frequentavi, anno MDCCCLXIX in academiam Lipsiensem me contuli; ubi per quadriennium philologicis studiis addictus scholis interfui, quas habuerunt viri doctissimi Ahrensius, Brandesius, Curtius, Drobischius, Ecksteinius, Klotzius, Langius, Lipsius, Riegelius, Ritschelius, Roscherus, Ruehlius, Schuchardtus, Voigtius, Wuttkius, Zarnckius. Seminarii philologici socius ordinarius fui per tria semestria; praeterea autem interfui seminario paedagogico Ecksteinii, societatibus historicis Voigtii et Wuttkii, societatibus antiquariis Langii et Lipsii, societati philologae Ritschelii. Quibus omnibus viris doctissimis quam maximas gratias nunc habeo atque semper habebo.

Pag. 10 v. 13 pro ‚illic' legendum est ‚ille'.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

YB 00329